SAN IRENEO DE LYON

Contra las herejías

Adversus haereses

TOMO II · III

SABBATISMUS

San Ireneo de Lyon (c. 130–c. 202)
Adversus haereses · Contra las herejías

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

Índice

Libro III 5
Capítulo 1 5
Capítulo 2 7
Capítulo 3 9
Capítulo 4 13
Capítulo 5 15
Capítulo 6 19
Capítulo 7 23
Capítulo 8 27
Capítulo 9 29
Capítulo 10 35
Capítulo 11 43
Capítulo 12 53
Capítulo 13 75
Capítulo 14 79
Capítulo 15 85
Capítulo 16 87
Capítulo 17 101
Capítulo 18 105
Capítulo 19 113
Capítulo 20 117
Capítulo 21 121
Capítulo 22 131
Capítulo 23 135
Capítulo 24 143
Capítulo 25 145

Liber tertius

Praefatio

Tu quidem, dilectissime, praeceperas nobis, ut eas, quae a Valentino sunt, sententias absconditas, ut ipsi putant, in manifestum proderem; et ostenderem varietatem ipsorum, et sermonem destruentem eos inferrem. Aggressi sumus autem nos, arguentes eos a Simone, patre omnium haereticorum, et doctrinas et successiones manifestare et omnibus eis contradicere: propter quod cum sit unius operis traductio eorum, et destructio in multis, misimus tibi libros, ex quibus primus quidem omnium illorum sententias continet, et consuetudines, et characteres ostendit conversationis eorum. In secundo vero destructa et eversa sunt quae ab ipsis male docentur, et nudata et ostensa sunt talia qualia et sunt. In hoc autem tertio ex Scripturis inferemus ostensiones, ut nihil tibi ex his, quae praeceperas, desit a nobis; sed et, praeterquam opinabaris, ad arguendum et evertendum eos, qui quolibet modo male docent, occasiones a nobis accipias. Quae enim est in Deo charitas, dives et sine invidia exsistens, plura donat quam postulet quis ab ea. Memento igitur eorum quae diximus in prioribus duobus libris; et haec illis adjungens, plenissimam habebis a nobis adversus omnes haereticos contradictionem, et fiducialiter ac instantissime resistes eis pro sola vera ac vivifica fide, quam ab apostolis Ecclesia percepit, et distribuit filiis suis. Etenim Dominus omnium dedit apostolis suis potestatem Evangelii, per quos et veritatem, hoc est, Dei Filii doctrinam, cognovimus; quibus et dixit Dominus: « Qui vos audit, me audit; et qui vos contemnit, me contemnit, et eum qui me misit. »

Caput primum

Apostolos non prius Evangelium praedicasse, scriptisque mandasse, quam Spiritus sancti donis ac virtutibus instructi essent. Ab illis unum Deum, coeli et terrae conditorem annuntiatum fuisse.

1. Non enim per alios dispositionem salutis nostrae cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos: quod quidem tunc praeconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et columnam fidei nostrae futurum. Nec enim fas est dicere quoniam ante praedicaverunt, quam perfectam haberent agnitionem; sicut quidam audent dicere, gloriantes, emendatores se esse apostolorum.

Libro III

Prefacio

Tú, amadísimo, me habías mandado que sacara a la luz las opiniones de los que proceden de Valentín, ocultas, según ellos mismos piensan; y que mostrara su variedad y adujera un discurso que los destruyera. Y nosotros emprendimos, refutándolos desde Simón, padre de todos los herejes, tanto poner de manifiesto sus doctrinas y sus sucesiones como contradecirlos a todos: por lo cual, puesto que el desenmascaramiento de ellos es obra de un solo libro, pero su destrucción de muchos, te hemos enviado libros, de los cuales el primero contiene las opiniones de todos ellos, y muestra sus costumbres y el sello de su modo de vida. En el segundo, lo que ellos enseñan mal ha sido destruido y derrocado, y desnudado y mostrado tal cual es. En este tercero aduciremos demostraciones tomadas de las Escrituras, para que nada de lo que habías mandado te falte de nuestra parte; sino que, además de lo que esperabas, recibas de nosotros los medios para refutar y derrocar a los que de cualquier modo enseñan mal. Porque la caridad que hay en Dios, siendo rica y sin envidia, da más de lo que uno le pide. Recuerda, pues, lo que dijimos en los dos libros anteriores; y, añadiendo esto a aquello, tendrás de nosotros una contradicción plenísima contra todos los herejes, y les resistirás con franqueza y con toda firmeza por la única fe verdadera y vivificante, que la Iglesia recibió de los apóstoles y distribuye a sus hijos. Porque el Señor de todos dio a sus apóstoles el poder del Evangelio, por quienes también nosotros hemos conocido la verdad, es decir, la doctrina del Hijo de Dios; a los cuales también dijo el Señor: El que os escucha, me escucha; y el que os desprecia, me desprecia, y al que me envió (Lc 10,16).

Capítulo i

Que los apóstoles no predicaron el Evangelio, ni lo pusieron por escrito, antes de haber sido provistos de los dones y poderes del Espíritu Santo. Que por ellos fue anunciado un solo Dios, Creador del cielo y de la tierra.

1. Porque no hemos conocido la disposición de nuestra salvación por otros que por aquellos por quienes nos llegó el Evangelio: el cual primero pregonaron, y después, por voluntad de Dios, nos lo transmitieron en las Escrituras, para que fuera fundamento y columna de nuestra fe. Pues no es lícito decir que predicaron antes de tener el conocimiento perfecto, como algunos se atreven a decir, jactándose de ser los correctores de los apóstoles.

Postea enim quam surrexit Dominus noster a mortuis, et induti sunt supervenientis Spiritus sancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, et habuerunt perfectam agnitionem; exierunt in fines terrae, ea quae a Deo nobis bona sunt evangelizantes, et coelestem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem et omnes pariter et singuli eorum habentes Evangelium Dei. Ita Matthaeus in Hebraeis ipsorum lingua Scripturam edidit Evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent, et fundarent Ecclesiam. Post vero horum excessum, Marcus discipulus et interpres Petri, et ipse quae a Petro annuntiata erant, per scripta nobis tradidit. Et Lucas autem sectator Pauli, quod ab illo praedicabatur Evangelium in libro condidit. Postea et Joannes discipulus Domini, qui et supra pectus ejus recumbebat, et ipse edidit Evangelium, Ephesi Asiae commorans.

2. Et omnes isti unum Deum factorem coeli et terrae, a lege et prophetis annuntiatum, et unum Christum Filium Dei tradiderunt nobis: quibus si quis non assentit, spernit quidem participes Domini, spernit autem et ipsum Christum Dominum, spernit vero et Patrem, et est a semetipso damnatus, resistens et repugnans saluti suae: quod faciunt omnes haeretici.

Caput II

Quod neque Scripturis, neque Traditionibus obsequantur haeretici.

1. Cum enim ex Scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non recte habeant, neque sint ex auctoritate, et quia varie sint dictae, et quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant Traditionem. Non enim per litteras traditam illam, sed per vivam vocem: ob quam causam et Paulum dixisse: « Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam autem non mundi hujus. » Et hanc sapientiam unusquisque eorum esse dicit, quam a semetipso adinvenerit, fictionem videlicet, ut digne secundum eos sit veritas, aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Cerintho: postea deinde in Basilide fuit, aut et in illo qui contra disputat, qui nihil salutare loqui potuit. Unusquisque enim ipsorum omnimodo perversus, semetipsum, regulam veritatis depravans, praedicare non confunditur.

2. Cum autem ad eam iterum Traditionem, quae est ab apostolis, quae per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus eos; adversantur Traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam apostolis exsistentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem.

Porque después que nuestro Señor resucitó de entre los muertos, y fueron revestidos del poder del Espíritu Santo que sobrevino de lo alto, fueron llenados de todo y tuvieron el conocimiento perfecto; salieron hasta los confines de la tierra, anunciando la buena nueva de los bienes que nos vienen de Dios y anunciando a los hombres la paz celestial, ellos que, todos a la vez y cada uno de ellos, tenían el Evangelio de Dios. Así Mateo publicó entre los hebreos, en su propia lengua, un escrito del Evangelio, mientras Pedro y Pablo evangelizaban en Roma y fundaban la Iglesia. Y después de la partida de estos, Marcos, discípulo e intérprete de Pedro, también él nos transmitió por escrito lo que Pedro había anunciado. Y también Lucas, seguidor de Pablo, consignó en un libro el Evangelio que este predicaba. Después también Juan, el discípulo del Señor, el que se recostó sobre su pecho, también él publicó un Evangelio, mientras residía en Éfeso de Asia.

2. Y todos estos nos transmitieron un solo Dios, Hacedor del cielo y de la tierra, anunciado por la Ley y los Profetas, y un solo Cristo, Hijo de Dios: y si alguno no asiente a ellos, desprecia a los compañeros del Señor, desprecia también a Cristo el Señor mismo, desprecia también al Padre, y está condenado por sí mismo, resistiendo y oponiéndose a su propia salvación: lo cual hacen todos los herejes.

Capítulo 2

Que los herejes no se someten ni a las Escrituras ni a las tradiciones.

1. Porque cuando se los refuta con las Escrituras, se vuelven a acusar a las Escrituras mismas, como si no estuvieran bien ni tuvieran autoridad, y en la idea de que fueron dichas de modos diversos, y de que no puede hallarse en ellas la verdad por quienes no conocen la tradición. Porque no fue transmitida, dicen, por escrito, sino de viva voz: y por esa causa, dicen, también Pablo dijo: Pero hablamos sabiduría entre los perfectos; pero una sabiduría no de este mundo (1 Cor 2,6). Y cada uno de ellos dice que esta sabiduría es la que él ha inventado por sí mismo, una ficción, por supuesto, de modo que, según ellos, la verdad está con razón unas veces en Valentín, otras en Marción, otras en Cerinto: luego después estuvo en Basílides, o incluso en aquel que disputa contra él, que no pudo decir nada salvador. Porque cada uno de ellos, perverso en todos los sentidos, no se avergüenza de predicarse a sí mismo, depravando la regla de la verdad.

2. Pero cuando a nuestra vez los emplazamos ante aquella tradición que es de los apóstoles, que se custodia en las iglesias por las sucesiones de los presbíteros, se oponen a la tradición, diciendo que ellos, siendo más sabios no solo que los presbíteros sino incluso que los apóstoles, han hallado la verdad sin adulterar.

Apostolos enim admiscuisse ea quae sunt legalia Salvatoris verbis: et non solum apostolos, sed etiam ipsum Dominum, modo quidem a Demiurgo, modo autem a medietate, interdum autem a summitate fecisse sermones: et se vero indubitate, et intaminate, et sincere absconditum scire mysterium: quod quidem impudentissime est blasphemare suum factorem. Evenit itaque, neque Scripturis jam, neque Traditioni consentire eos.

3. Adversus tales certamen nobis est, o dilectissime, more serpentum lubricos undique effugere conantes. Quapropter undique resistendum est illis, si quos ex his retusione confundentes, ad conversionem veritatis adducere possimus. Etenim si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnimodo impossibile est errorem effugere, apposita veritate.

Caput III

Traditione apostolorum, continua episcoporum ab iis institutorum successione in Ecclesiis servata, haereticos invicte confutat.

1. Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint videre: et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt episcopi, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea quibus etiam ipsas Ecclesias committebant. Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes: quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.

2. Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximae et antiquissimae, et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae Ecclesiae, eam quam habet ab apostolis Traditionem, et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per caecitatem et malam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea quae est ab apostolis Traditio.

Porque los apóstoles, dicen, mezclaron las cosas de la Ley con las palabras del Salvador: y no solo los apóstoles, sino incluso el Señor mismo dijo sus palabras unas veces desde el Demiurgo, otras desde el Medio, y a veces desde la Altura: mientras que ellos conocen el misterio escondido sin duda alguna, sin contaminación y sin adulterar: lo cual es, en verdad, blasfemar con la mayor desvergüenza contra su propio Hacedor. Sucede así que ya no concuerdan ni con las Escrituras ni con la tradición.

3. Contra tales es nuestra lucha, oh amadísimo, que, a la manera de las serpientes, escurridizos, intentan escapar por todas partes. Por lo cual hay que resistirles por todas partes, por si, confundiendo a algunos de ellos con el embotamiento, podemos llevarlos a convertirse a la verdad. Porque, si no es fácil que un alma atrapada por el error vuelva en sí, tampoco es del todo imposible escapar del error cuando se le pone delante la verdad.

Capítulo 3

Con la tradición de los apóstoles, conservada en las iglesias por la sucesión ininterrumpida de los obispos instituidos por ellos, confuta invenciblemente a los herejes.

1. La tradición de los apóstoles, pues, manifestada en el mundo entero, está ahí para que la contemplen en toda iglesia todos los que quieran ver la verdad: y podemos enumerar a los que fueron instituidos obispos por los apóstoles, y a sus sucesores hasta nosotros, que nada semejante enseñaron ni conocieron a lo que estos deliran. Porque si los apóstoles hubieran sabido misterios recónditos, que enseñaran a los perfectos aparte y a escondidas de los demás, los habrían transmitido sobre todo a aquellos a quienes confiaban incluso las iglesias mismas. Porque querían que fueran muy perfectos e irreprensibles en todo aquellos a quienes dejaban como sucesores, entregándoles su propio lugar de magisterio: pues si estos obraban sin falta, resultaría gran provecho, y si caían, la mayor calamidad.

2. Pero como sería muy largo, en un volumen como este, enumerar las sucesiones de todas las iglesias, confundimos a todos los que de cualquier modo, ya por complacencia en sí mismos, ya por vanagloria, ya por ceguera y mala mente, se reúnen fuera de lo que conviene, indicando la tradición que tiene de los apóstoles la Iglesia máxima y antiquísima, conocida de todos, fundada y constituida en Roma por los dos gloriosísimos apóstoles Pedro y Pablo, y la fe anunciada a los hombres, que llega hasta nosotros por las sucesiones de los obispos. Porque con esta Iglesia, en razón de su más poderosa preeminencia, es necesario que concuerde toda Iglesia, es decir, los fieles que son de todas partes; en la cual siempre ha sido conservada por los que son de todas partes la tradición que es de los apóstoles.

3. Fundantes igitur et instruentes beati apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administrandae Ecclesiae tradiderunt. Hujus Lini Paulus in his quae sunt ad Timotheum epistolis meminit. Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui et vidit ipsos apostolos, et contulit cum eis, et cum adhuc insonantem praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet, non solus, adhuc enim multi supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit quae est Romae Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem coeli et terrae, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui collocutus sit Moysi, qui legem disposuerit, et prophetas miserit, qui ignem praeparaverit diabolo et angelis ejus. Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annuntiari, ex ipsa Scriptura, qui velint discere possunt, et apostolicam Ecclesiae traditionem intelligere; cum sit vetustior epistola his qui nunc falso docent, et alterum Deum super Demiurgum et factorem horum omnium, quae sunt, commentiuntur. Huic autem Clementi succedit Evaristus, et Evaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis constitutus est Sixtus, et ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit: ac deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione et successione, ea quae est ab apostolis in Ecclesia traditio et veritatis praeconatio pervenit usque ad nos. Et est plenissima haec ostensio, unam et eamdem vivificatricem fidem esse, quae in Ecclesia ab apostolis usque nunc sit conservata, et tradita in veritate.

4. Et Polycarpus autem non solum ab apostolis edoctus, et conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt; sed etiam ab apostolis in Asia, in ea quae est Smyrnis Ecclesia constitutus episcopus, quem et nos vidimus in prima nostra aetate (multum enim perseveravit, et valde senex gloriosissime et nobilissime martyrium faciens exivit de hac vita), haec docuit semper quae ab apostolis didicerat, quae et Ecclesiae tradidit, et sola sunt vera. Testimonium his perhibent quae sunt in Asia Ecclesiae omnes, et qui usque adhuc successerunt Polycarpo: qui vir multo majoris auctoritatis, et fidelior veritatis est testis, quam Valentinus et Marcion, et reliqui, qui sunt perversae sententiae. Is enim est, qui sub Aniceto cum advenisset in urbem, multos ex his quos praediximus, haereticos convertit in Ecclesiam Dei, unam et solam hanc veritatem annuntians ab apostolis percepisse se, quam et Ecclesiae tradidit.

3. Los bienaventurados apóstoles, pues, habiendo fundado y edificado la Iglesia, entregaron a Lino el episcopado para administrar la Iglesia. De este Lino hace mención Pablo en las cartas a Timoteo. Le sucede Anacleto; después de él, en el tercer lugar desde los apóstoles, le toca en suerte el episcopado a Clemente, que había visto a los apóstoles mismos y había conversado con ellos, y que tenía todavía resonando en los oídos la predicación de los apóstoles y su tradición ante los ojos; y no él solo, pues aún quedaban entonces muchos que habían sido enseñados por los apóstoles. Bajo este Clemente, pues, habiendo surgido una disensión no pequeña entre los hermanos que estaban en Corinto, la Iglesia que está en Roma escribió a los corintios una poderosísima carta, congregándolos en la paz, y restaurando su fe, y anunciando la tradición que había recibido recientemente de los apóstoles, la cual anuncia un solo Dios omnipotente, Hacedor del cielo y de la tierra, Plasmador del hombre, que trajo el cataclismo y llamó a Abraham, que sacó al pueblo de la tierra de Egipto, que habló con Moisés, que dispuso la Ley y envió a los profetas, que preparó el fuego para el diablo y sus ángeles. Que este Padre de nuestro Señor Jesucristo es anunciado por las iglesias, pueden aprenderlo por el escrito mismo los que quieran, y comprender la tradición apostólica de la Iglesia; pues la carta es más antigua que estos que ahora enseñan falsamente e inventan otro Dios por encima del Demiurgo y Hacedor de todas las cosas que existen. A este Clemente le sucede Evaristo, y a Evaristo Alejandro, y luego, sexto desde los apóstoles, fue constituido Sixto, y tras él Telesforo, que también sufrió un gloriosísimo martirio; y luego Higinio, después Pío, y después de este Aniceto. Y habiendo sucedido Sotero a Aniceto, ahora tiene el episcopado, en el duodécimo lugar desde los apóstoles, Eleuterio. En este orden y por esta sucesión, la tradición que hay en la Iglesia desde los apóstoles y el pregón de la verdad han llegado hasta nosotros. Y es esta una demostración plenísima de que es una y la misma la fe vivificadora que se ha conservado en la Iglesia desde los apóstoles hasta ahora, y se ha transmitido en la verdad.

4. También Policarpo, que no solo fue instruido por los apóstoles y convivió con muchos de los que habían visto a nuestro Señor, sino que también fue constituido por los apóstoles, en Asia, obispo en la iglesia que está en Esmirna, a quien también nosotros vimos en nuestra primera edad (pues permaneció mucho tiempo, y, muy anciano, salió de esta vida tras sufrir un gloriosísimo y nobilísimo martirio), enseñó siempre estas cosas que había aprendido de los apóstoles, que también transmitió a la Iglesia, y que son las únicas verdaderas. De esto dan testimonio todas las iglesias que están en Asia, y los que hasta ahora han sucedido a Policarpo: varón que es testigo de la verdad de mucha mayor autoridad, y más fiel, que Valentín y Marción y los demás, que son de doctrina perversa. Pues él es quien, habiendo venido a la ciudad bajo Aniceto, convirtió a la Iglesia de Dios a muchos de los herejes que mencionamos antes, anunciando que esta única y sola verdad la había recibido de los apóstoles, la misma que también transmitió a la Iglesia.

Et sunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Joannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exsilierit de balneo non lotus; dicens, quod timeat ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, et dicenti: « Cognoscis nos? » respondit: « Cognosco te primogenitum Satanae. » Tantum apostoli et horum discipuli habuerunt timorem, ut ne verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem, quemadmodum et Paulus ait: « Haereticum autem hominem post unam correptionem devita, sciens quoniam perversus est qui est talis, et est a semetipso damnatus. » Est autem et epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima, ex qua et characterem fidei ejus, et praedicationem veritatis, qui volunt et curam habent suae salutis, possunt discere. Sed et quae est Ephesi Ecclesia a Paulo quidem fundata, Joanne autem permanente apud eos usque ad Trajani tempora, testis est verus apostolorum traditionis.

Caput IV

A sola Ecclesia catholica, traditionis et doctrinae apostolicae custode, petendam esse veritatem. Haereses novas esse, nec originem apostolis acceptam referre posse.

1. Tantae igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia quae sint veritatis: uti omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitae. Haec est enim vitae introitus; omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos; quae autem sunt Ecclesiae, cum summa diligentia diligere, et apprehendere veritatis traditionem. Quid enim? Et si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de praesenti quaestione sumere quod certum et re liquidum est? Quid autem si neque apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebant Ecclesias?

2. Cui ordinationi assentiunt multae gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charta et atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, et veterem traditionem diligenter custodientes; in unum Deum credentes fabricatorem coeli et terrae, et omnium quae in eis sunt, per Christum Jesum Dei Filium.

Y hay quienes le oyeron decir que Juan, el discípulo del Señor, yendo a bañarse en Éfeso, al ver dentro a Cerinto, salió precipitadamente del baño sin lavarse, diciendo que temía que el baño se derrumbara, estando dentro Cerinto, el enemigo de la verdad. Y el mismo Policarpo, cuando Marción le salió una vez al encuentro y le dijo: «¿Nos conoces?», respondió: «Te conozco, primogénito de Satanás». Tan grande temor tuvieron los apóstoles y sus discípulos, que ni de palabra se comunicaban con ninguno de los que habían adulterado la verdad, como también dice Pablo: Al hombre hereje, después de una corrección, evítalo, sabiendo que quien es tal está pervertido, y está condenado por sí mismo (Tit 3,10-11). Hay también una carta de Policarpo escrita a los filipenses, perfectísima, por la cual los que quieren y tienen cuidado de su salvación pueden aprender tanto el sello de su fe como la predicación de la verdad. Y también la iglesia que está en Éfeso, fundada por Pablo, y en la que Juan permaneció con ellos hasta los tiempos de Trajano, es testigo verdadero de la tradición de los apóstoles.

Capítulo 4

Que la verdad ha de buscarse solo en la Iglesia católica, guardiana de la tradición y de la doctrina apostólica. Que las herejías son nuevas y no pueden atribuir su origen a los apóstoles.

1. Habiendo, pues, tan grandes demostraciones, no hay que buscar todavía entre otros la verdad que es fácil tomar de la Iglesia; puesto que los apóstoles, como en un rico depósito, depositaron en ella con toda plenitud todo lo que es de la verdad: para que todo el que quiera tome de ella la bebida de la vida. Porque ella es la entrada de la vida; y todos los demás son ladrones y salteadores. Por lo cual es preciso evitarlos; y, en cambio, amar con la mayor diligencia lo que es de la Iglesia, y aferrarse a la tradición de la verdad. ¿Pues qué? Aunque hubiera disputa sobre alguna cuestión pequeña, ¿no sería preciso recurrir a las iglesias más antiguas, en las que vivieron los apóstoles, y tomar de ellas, sobre la cuestión presente, lo que es cierto y claro en la materia? ¿Y qué, si ni siquiera los apóstoles nos hubieran dejado Escrituras? ¿No habría sido preciso seguir el orden de la tradición que entregaron a aquellos a quienes confiaban las iglesias?

2. A este orden asienten muchas naciones de bárbaros, de los que creen en Cristo, que tienen la salvación escrita por el Espíritu en sus corazones sin papel ni tinta, y guardan con diligencia la antigua tradición; creyendo en un solo Dios, Fabricador del cielo y de la tierra y de todo lo que hay en ellos, por Cristo Jesús, Hijo de Dios.

Qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem, eam quae esset ex Virgine generationem sustinuit, ipse per se hominem adunans Deo, et passus sub Pontio Pilato, et resurgens, et in claritate receptus, in gloria venturus Salvator eorum qui salvantur, et judex eorum qui judicantur, et mittens in ignem aeternum transfiguratores veritatis, et contemptores Patris sui, et adventus ejus. Hanc fidem qui sine litteris crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt: quantum autem ad sententiam, et consuetudinem, et conversationem, propter fidem per quam sapientissimi sunt, et placent Deo, conversantes in omni justitia, et castitate, et sapientia. Quibus si aliquis annuntiaverit ea, quae ab haereticis adinventa sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sic per illam veterem apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcunque eorum portentiloquium est: nequedum enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina instituta.

3. Ante Valentinum enim non fuerunt, qui sunt a Valentino; neque ante Marcionem erant, qui sunt a Marcione; neque omnino erant reliqui sensus maligni, quos supra enumeravimus, antequam initiatores et inventores perversitatis eorum fierent. Valentinus enim venit Romam sub Hygino; increvit vero sub Pio, et prorogavit tempus usque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, et hic sub Hygino, qui fuit octavus episcopus, saepe in Ecclesiam veniens, et exhomologesin faciens, sic consummavit, modo quidem latenter docens, modo vero exomologesim faciens, modo vero ab aliquibus traductus in his quae docebat male, et abstentus est a religiosorum hominum conventu.

Marcion autem illi succedens invaluit sub Aniceto, decimum locum episcopatus continente. Reliqui vero, qui vocantur Gnostici, a Menandro Simonis discipulo, quemadmodum ostendimus, accipientes initia, unusquisque eorum, cujus participatus est sententiae, ejus et pater, et antistes apparuit. Omnes autem hi multo posterius, mediantibus jam Ecclesiae temporibus, insurrexerunt in suam apostasiam.

Caput V

Christum et apostolos sine ullo mendacio, fuco et hypocrisi, nec doctrinam suam ad auditorum opinionem componentes, unum Deum Patrem omnium conditorem annuntiasse.

1. Traditione igitur, quae est ab apostolis, sic se habente in Ecclesia, et permanente apud nos, revertamur ad eam, quae est ex Scripturis ostensionem eorum, qui Evangelium conscripserunt, apostolorum, ex quibus conscripserunt de Deo sententiam, ostendentes quoniam Dominus noster Jesus Christus veritas est, et mendacium in eo non est. Quemadmodum et David eam, quae est ex Virgine, generationem ejus, et eam, quae est ex mortuis, resurrectionem prophetans, ait: « Veritas de terra orta est. »

El cual, por su eminentísimo amor hacia lo que él había formado, soportó la generación de la Virgen, aunando él mismo por sí mismo al hombre con Dios, y padeció bajo Poncio Pilato, y resucitó, y fue recibido en la gloria, y vendrá en gloria, Salvador de los que se salvan y Juez de los que son juzgados, y que enviará al fuego eterno a los que transfiguran la verdad y desprecian a su Padre y su venida. Los que han creído esta fe sin letras son bárbaros en cuanto a nuestra lengua; pero en cuanto a la doctrina, la costumbre y el modo de vida, son, gracias a la fe, sapientísimos, y agradan a Dios, viviendo en toda justicia, castidad y sabiduría. Si alguien les anunciara lo que los herejes han inventado, hablándoles en su propia lengua, al instante se taparían los oídos y huirían lejísimos, sin soportar siquiera oír aquel discurso blasfemo. Así, por aquella antigua tradición de los apóstoles, no admiten ni siquiera en la concepción de su mente cualquier palabrería monstruosa de estos: porque aún no había habido entre ellos asamblea alguna, ni se había establecido doctrina.

3. Porque antes de Valentín no existían los que proceden de Valentín; ni antes de Marción existían los que proceden de Marción; ni existían en absoluto los demás pareceres malignos que enumeramos arriba, antes de que surgieran los iniciadores e inventores de su perversidad. Porque Valentín vino a Roma bajo Higinio; creció bajo Pío, y prolongó su tiempo hasta Aniceto. Y Cerdón, el que fue antes de Marción, también él bajo Higinio, que fue el octavo obispo, viniendo a menudo a la Iglesia y haciendo exomologesis, acabó así: unas veces enseñando a escondidas, otras haciendo exomologesis, otras desenmascarado por algunos en lo que enseñaba mal, y fue apartado de la asamblea de los hombres religiosos.

Y Marción, sucediéndole, cobró fuerza bajo Aniceto, que ocupaba el décimo lugar del episcopado. Y los demás, que se llaman gnósticos, tomando sus comienzos de Menandro, discípulo de Simón, como hemos mostrado, cada uno de ellos se ha mostrado padre y prelado de la doctrina en que participó. Pero todos estos se levantaron en su apostasía mucho más tarde, cuando ya iban mediados los tiempos de la Iglesia.

Capítulo 5

Que Cristo y los apóstoles, sin mentira alguna, ni disimulo, ni hipocresía, y sin acomodar su doctrina a la opinión de sus oyentes, anunciaron un solo Dios, el Padre, Creador de todas las cosas.

1. Estando, pues, así en la Iglesia la tradición que es de los apóstoles, y permaneciendo entre nosotros, volvamos a la demostración tomada de las Escrituras de aquellos apóstoles que escribieron el Evangelio, en las cuales consignaron su doctrina sobre Dios, mostrando que nuestro Señor Jesucristo es la verdad, y que no hay mentira en él. Como también David, profetizando su generación de la Virgen y su resurrección de entre los muertos, dice: La verdad ha brotado de la tierra (Sal 85,12).

Et apostoli autem discipuli veritatis exsistentes, extra omne mendacium sunt; non enim communicat mendacium veritati, sicut non communicant tenebrae luci; sed praesentia alterius excludit alterum. Veritas ergo Dominus noster exsistens, non mentiebatur: et quem sciebat labis esse fructum, non utique Deum confiteretur, et Deum omnium, et summum Regem et Patrem suum, perfectus imperfectum, spiritalis animalem, is qui in Pleromate esset, eum qui extra Pleroma. Neque discipuli ejus alium quemdam Deum nominarent, aut Dominum vocarent, praeter eum, qui vere esset Deus et Dominus omnium: quemadmodum dicunt hi, qui sunt vanissimi sophistae, quoniam apostoli cum hypocrisi fecerunt doctrinam secundum audientium capacitatem, et responsiones secundum interrogantium suspiciones, caecis caeca confabulantes secundum caecitatem ipsorum, languentibus autem secundum languorem ipsorum, et errantibus secundum errorem eorum, et putantibus Demiurgum solum esse Deum, hunc annuntiasse; his vero qui innominabilem Patrem capiunt, per parabolas et aenigmata inenarrabile fecisse mysterium: uti non quemadmodum habet ipsa veritas, sed in hypocrisi, et quemadmodum capiebat unusquisque, et apostolos edidisse magisterium.

2. Hoc autem non est sanantium, nec vivificantium; sed magis gravantium et augentium ignorantiam ipsorum: et multo verior his lex invenietur maledictum dicens omnem, qui in errorem mittat caecum in via. Qui enim ad inventionem missi erant errantium apostoli, et ad visionem eorum qui non videbant, et ad medicinam languentium, utique non secundum praesentem opinionem colloquebantur eis, sed secundum veritatis manifestationem. Nec enim quilibet homines recte facient, si caecos jamjamque per praecipitium ferri incipientes adhortentur insistere illi periculosissimae viae, quasi vere rectae, et quasi bene perventuri sint. Quis autem medicus volens curare aegrotum, faciat secundum concupiscentias aegrotantium, et non secundum quod aptum est medicinae? Quoniam autem Dominus medicus venit eorum qui male habent, ipse testificatur, dicens: « Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam. » Quomodo ergo qui male habent confirmabuntur? et quomodo peccatores poenitentiam agent? Utrum perseverantes in eisdem ipsis; an econtrario, magnam commutationem et transgressionem prioris conversationis accipientes, per quam et aegritudinem non modicam, et multa peccata sibimetipsis importaverunt? Ignorantia autem mater horum omnium per agnitionem evacuatur. Agnitionem ergo faciebat Dominus suis discipulis, per quam et curabat laborantes, et peccatores a peccando coercebat. Non igitur jam secundum pristinam opinionem loquebatur eis, neque secundum suspicionem interrogantium respondebat eis; sed secundum doctrinam salutarem, et sine hypocrisi, et sine personae acceptione.

Y los apóstoles, siendo discípulos de la verdad, están fuera de toda mentira; porque la mentira no comunica con la verdad, como no comunican las tinieblas con la luz; sino que la presencia de la una excluye a la otra. Nuestro Señor, pues, siendo la verdad, no mentía: y a aquel que sabía que era fruto de un defecto no lo habría confesado ciertamente como Dios, y Dios de todos, y supremo Rey y Padre suyo, él, el perfecto, al imperfecto; él, el espiritual, al animal; el que estaba en el Pleroma, al que estaba fuera del Pleroma. Ni sus discípulos habrían nombrado a otro Dios, o llamado Señor a otro, sino a aquel que verdaderamente era Dios y Señor de todos: como dicen estos, que son sofistas vanísimos, que los apóstoles con hipocresía compusieron su doctrina según la capacidad de los oyentes, y sus respuestas según las sospechas de los que preguntaban, conversando con los ciegos cosas ciegas según su ceguera, con los débiles según su debilidad, y con los que yerran según su error; y que a los que pensaban que el Demiurgo era el único Dios se lo anunciaron a él; pero a los que pueden contener al Padre innombrable les dieron a conocer el misterio inenarrable por parábolas y enigmas: de modo que, dicen, también los apóstoles impartieron su magisterio no como lo tiene la verdad misma, sino en hipocresía, y según lo que cada uno podía contener.

2. Pero esto no es propio de los que sanan ni de los que vivifican, sino más bien de los que agravan y aumentan su ignorancia: y mucho más verdadera que estos se hallará la Ley, que dice maldito a todo el que extravía al ciego en el camino. Porque los apóstoles, que habían sido enviados a encontrar a los extraviados, y a dar vista a los que no veían, y medicina a los enfermos, ciertamente no les hablaban según la opinión del momento, sino según la manifestación de la verdad. Pues ningunos hombres obrarían rectamente si exhortaran a unos ciegos que ya están a punto de ser arrastrados por un precipicio a seguir por aquel camino peligrosísimo, como si fuera verdaderamente recto y como si fueran a llegar bien. ¿Y qué médico, queriendo curar a un enfermo, obraría según los deseos de los enfermos, y no según lo que conviene a la medicina? Y que el Señor vino como médico de los que están mal, él mismo lo atestigua, diciendo: No necesitan médico los sanos, sino los que están mal. No he venido a llamar a los justos, sino a los pecadores a penitencia (Lc 5,31-32). ¿Cómo, pues, se fortalecerán los que están mal? ¿Y cómo harán penitencia los pecadores? ¿Perseverando en esas mismas cosas? ¿O, por el contrario, recibiendo un gran cambio y un tránsito de su anterior modo de vida, por el cual se habían acarreado a sí mismos no pequeña enfermedad y muchos pecados? Ahora bien, la ignorancia, madre de todo esto, se desvanece por el conocimiento. El conocimiento, pues, comunicaba el Señor a sus discípulos, y por él curaba a los que sufrían y apartaba del pecado a los pecadores. No les hablaba, pues, según la opinión anterior, ni respondía según la sospecha de los que preguntaban; sino según la doctrina salvadora, y sin hipocresía, y sin acepción de personas.

3. Quod etiam ex Domini sermonibus ostenditur: qui quidem his, qui erant ex circumcisione, ostendebat Filium Dei, eum qui per prophetas praedicatus fuerat, Christum; hoc est, semetipsum manifestabat, qui libertatem hominibus restauraverit et attribuerit incorruptelae haereditatem. Gentes autem iterum docebant apostoli, ut relinquerent vana ligna et lapides, quae suspicabantur esse deos, et verum colerent Deum, qui constituisset et fecisset omne humanum genus, et per conditionem suam aleret et augeret, et constabiliret, et eis esse praestaret; et ut exspectarent Filium ejus Jesum Christum, qui redemit nos de apostasia sanguine suo, ad hoc ut essemus et nos populus sanctificatus, de coelis descensurum in virtute Patris, qui et judicium omnium facturus est, et ea quae a Deo sunt bona donaturus his, qui servaverint praecepta ejus. Hic in novissimis temporibus apparens, lapis summus angularis, in unum collegit, et univit eos qui longe, et eos qui prope, hoc est, circumcisionem et praeputium, dilatans Japhet, et constituens eum in domo Sem.

Caput VI

Neque Spiritum sanctum in scripturis Veteris Testamenti alium Deum ac Dominum nominasse, nisi qui vere Deus est, Patrem scilicet et Filium ejus.

1. Neque igitur Dominus, neque Spiritus sanctus, neque apostoli eum, qui non esset Deus, definitive et absolute Deum nominassent aliquando, nisi esset vere Deus; neque Dominum appellassent aliquem ex sua persona, nisi qui dominatur omnium, Deum Patrem, et Filium ejus, qui dominium accepit a Patre suo omnis conditionis, quemadmodum habet illud: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. » Patrem enim Filio collocutum ostendit: qui dedit ei haereditatem gentium, et subjecit ei omnes inimicos. Vere igitur cum Pater sit Dominus, et Filius vere sit Dominus, merito Spiritus sanctus Domini appellatione signavit eos. Et iterum in eversione Sodomitarum Scriptura ait: « Et pluit Dominus super Sodomam et Gomorrham ignem et sulphur a Domino de coelo. » Filium enim hic significat, qui et Abrahae collocutus sit, a Patre accepisse potestatem ad judicandum Sodomitas, propter iniquitatem eorum. Similiter habet illud: « Sedes tua, Deus, in aeternum; virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus. » Utrosque enim Dei appellatione signavit Spiritus, et eum qui ungitur, Filium, et eum qui ungit, id est Patrem. Et iterum: « Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. » De Patre, et Filio, et de his qui adoptionem perceperunt, dicit: hi autem sunt Ecclesia. Haec enim est synagoga Dei, quam Deus, hoc est Filius ipse per semetipsum collegit. De quo iterum dicit: « Deus deorum, Dominus locutus est, et vocavit terram. »

3. Esto se muestra también por las palabras del Señor: a los que eran de la circuncisión les mostraba al Hijo de Dios, aquel que había sido predicado por los profetas, el Cristo; es decir, se manifestaba a sí mismo, el que restauró la libertad a los hombres y les concedió la herencia de la incorrupción. A las naciones, por su parte, enseñaban los apóstoles a abandonar los vanos maderos y piedras, que suponían ser dioses, y a adorar al Dios verdadero, que había establecido y hecho todo el género humano, y por medio de su creación lo alimenta, lo acrecienta y lo afianza, y le concede el ser; y a esperar a su Hijo Jesucristo, que nos redimió de la apostasía con su sangre, para que también nosotros fuéramos un pueblo santificado, el cual descenderá de los cielos en el poder del Padre, que también ha de juzgar a todos y ha de dar los bienes que vienen de Dios a los que hayan guardado sus preceptos. Él, apareciendo en los últimos tiempos, piedra angular suprema, reunió en uno y unió a los que estaban lejos y a los que estaban cerca, es decir, a la circuncisión y al prepucio, ensanchando a Jafet y estableciéndolo en la casa de Sem.

Capítulo 6

Que tampoco el Espíritu Santo, en las escrituras del Antiguo Testamento, llamó Dios y Señor a otro sino al que es verdaderamente Dios, es decir, al Padre y a su Hijo.

1. Ni el Señor, pues, ni el Espíritu Santo, ni los apóstoles habrían llamado jamás Dios, definitivamente y absolutamente, a quien no fuera Dios, si no fuera verdaderamente Dios; ni habrían llamado Señor a nadie en su propia persona, sino al que domina sobre todas las cosas, Dios Padre, y a su Hijo, que recibió de su Padre el dominio sobre toda la creación, como dice aquello: Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por estrado de tus pies (Sal 110,1). Porque muestra al Padre conversando con el Hijo: el cual le dio la herencia de las naciones, y le sometió a todos sus enemigos. Siendo, pues, verdaderamente Señor el Padre, y verdaderamente Señor el Hijo, con razón el Espíritu Santo los señaló con el nombre de Señor. Y otra vez, en el derrocamiento de los sodomitas, dice la Escritura: Y el Señor hizo llover sobre Sodoma y Gomorra fuego y azufre de parte del Señor desde el cielo (Gn 19,24). Porque aquí significa que el Hijo, que también había hablado con Abraham, recibió del Padre la potestad de juzgar a los sodomitas por su iniquidad. De igual modo aquello: Tu trono, oh Dios, por siempre; vara de rectitud, la vara de tu reino. Amaste la justicia y odiaste la iniquidad: por eso te ungió Dios, tu Dios (Sal 45,7-8). Porque el Espíritu señaló a ambos con el nombre de Dios, al que es ungido, el Hijo, y al que unge, es decir, el Padre. Y otra vez: Dios se levantó en la sinagoga de los dioses, y en medio discierne a los dioses (Sal 82,1). Habla del Padre y del Hijo, y de los que han recibido la adopción: y estos son la Iglesia. Porque esta es la sinagoga de Dios, que Dios, es decir, el Hijo mismo, reunió por sí mismo. De él dice otra vez: El Dios de los dioses, el Señor, ha hablado, y ha llamado a la tierra (Sal 50,1).

Quis Deus? de quo dixit: « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit; » hoc est Filius, qui secundum manifestationem hominibus advenit, qui dicit: « Palam apparui his, qui me non quaerunt. » Quorum autem deorum? quibus dicit; « Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi omnes: » his scilicet, qui adoptionis gratiam adepti sunt, per quam « clamamus: Abba, Pater. »

2. Nemo igitur alius, quemadmodum praedixi, Deus nominatur, aut Dominus appellatur, nisi qui est omnium Deus et Dominus, qui et Moysi dixit: « Ego sum, qui sum. Et sic dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos; » et hujus Filius Jesus Christus Dominus noster, qui filios Dei facit credentes in nomen suum. Et iterum, loquente Filio ad Moysen: « Descendi, inquit, eripere populum hunc. » Ipse est enim qui descendit, et ascendit propter salutem hominum. Per Filium itaque, qui est in Patre, et habet in se Patrem, is qui est, manifestatus est Deus; Patre testimonium perhibente Filio, et Filio annuntiante Patrem. Quemadmodum et Isaias ait: « Et ego, inquit, testis, dicit Dominus Deus, et puer quem elegi, uti cognoscatis, et credatis, et intelligatis, quoniam ego sum. »

3. Cum autem eos, qui non sunt dii, nominat, non in totum, quemadmodum praedixi, Scriptura ostendit illos deos; sed cum aliquo additamento et significatione, per quam ostenduntur non esse dii. Quemadmodum apud David: « Dii gentium, idola daemoniorum. » Et, « deos alienos non sectabimini. » Ex eo enim quod dicit, « dii gentium » (gentes autem verum Deum nesciunt), et « alienos deos » nominans eos, abstulit quod sint dii. A sua autem persona quod est, dicit de ipsis: Sunt enim « idola, » inquit, « daemoniorum. » Et Isaias: « Confundantur omnes qui blasphemant Deum, et sculpunt inutilia; et ego testis, dicit Dominus » Abstulit quod sint dii; solo autem utitur nomine, ad hoc ut sciamus de quo dicit. Hoc autem ipsum et Jeremias: « Dii, inquit, qui non fecerunt coelum et terram, pereant de terra, quae est sub coelo. » Ex eo enim quod perditionem eorum adjecit, ostendit non esse eos deos. Et Elias autem convocato universo Israel in Carmelum montem, volens eos ab idololatria avertere, ait eis: « Quousque claudicabitis vos in ambabus suffraginibus? Si unus est Dominus Deus, venite post eum. » Et iterum super holocaustum sic ait idolorum sacerdotibus: « Vos invocabitis in nomine deorum vestrorum, et ego invocabo in nomine Domini Dei mei; et Deus qui exaudiet hodie, ipse est Deus. » In eo enim quod haec dicebat propheta, qui quidem apud ipsos putabantur dii, arguit deos non esse. Convertit autem eos ad eum Deum, qui et credebatur ab eo, et qui vere erat Deus, quem et invocans clamabat: « Domine, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, exaudi me hodie: et intelligat omnis populus hic, quoniam tu es Deus Israel. »

¿Qué Dios? Aquel del que dijo: Dios vendrá manifiestamente, nuestro Dios, y no callará (Sal 50,3); es decir, el Hijo, que vino a los hombres manifiestamente, el que dice: Me mostré abiertamente a los que no me buscan (Is 65,1). ¿Y de qué dioses? De aquellos a quienes dice: Yo dije: Dioses sois, e hijos del Altísimo todos (Sal 82,6); es decir, de los que han alcanzado la gracia de la adopción, por la cual clamamos: Abbá, Padre (Rom 8,15).

2. Ningún otro, pues, como dije antes, es nombrado Dios o llamado Señor, sino el que es Dios y Señor de todos, el que también dijo a Moisés: Yo soy el que soy. Y así dirás a los hijos de Israel: El que es me ha enviado a vosotros (Ex 3,14); y su Hijo Jesucristo nuestro Señor, que hace hijos de Dios a los que creen en su nombre. Y otra vez, hablando el Hijo a Moisés: He descendido, dice, para librar a este pueblo (Ex 3,8). Porque él es quien descendió y ascendió por la salvación de los hombres. Por el Hijo, pues, que está en el Padre y tiene en sí al Padre, el que es, Dios, se ha manifestado; dando el Padre testimonio del Hijo, y anunciando el Hijo al Padre. Como también dice Isaías: Y yo, dice, soy testigo, dice el Señor Dios, y el siervo que he elegido, para que conozcáis, y creáis, y entendáis que yo soy (Is 43,10).

3. Pero cuando la Escritura nombra a los que no son dioses, no los muestra como dioses del todo, como dije antes, sino con algún aditamento y significación por la que se muestra que no son dioses. Como en David: Los dioses de las naciones son ídolos de demonios (Sal 96,5). Y: No seguiréis a dioses extraños (Sal 81,10). Porque al decir los dioses de las naciones (y las naciones no conocen al Dios verdadero), y al nombrarlos dioses extraños, les quitó el ser dioses. Y lo que son lo dice de ellos en su propia persona: Porque son ídolos, dice, de demonios. E Isaías: Sean confundidos todos los que blasfeman contra Dios y esculpen cosas inútiles; y yo soy testigo, dice el Señor (Is 44,9). Les quitó el ser dioses; pero usa solo el nombre, para que sepamos de quién habla. Y esto mismo Jeremías: Los dioses, dice, que no hicieron el cielo y la tierra, perezcan de la tierra que está bajo el cielo (Jer 10,11). Porque al añadir su perdición, mostró que no son dioses. Y también Elías, habiendo convocado a todo Israel en el monte Carmelo, queriendo apartarlos de la idolatría, les dice: ¿Hasta cuándo cojearéis de ambas corvas? Si uno es el Señor Dios, id en pos de él (1 Re 18,21). Y otra vez, sobre el holocausto, dice así a los sacerdotes de los ídolos: Vosotros invocaréis el nombre de vuestros dioses, y yo invocaré el nombre del Señor mi Dios; y el Dios que escuche hoy, ese es Dios (1 Re 18,24). Porque al decir esto, el profeta demostró que los que entre ellos eran tenidos por dioses no son dioses. Y los convirtió a aquel Dios en quien él creía, y que era verdaderamente Dios, al cual invocando clamaba: Señor, Dios de Abraham, Dios de Isaac y Dios de Jacob, escúchame hoy: y entienda todo este pueblo que tú eres el Dios de Israel (1 Re 18,36).

4. Et ego igitur invoco te, Domine, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, et Israel, qui es Pater Domini nostri Jesu Christi, Deus qui per multitudinem misericordiae tuae bene sensisti in nobis, ut te cognoscamus; qui fecisti coelum et terram, qui dominaris omnium, qui es solus et verus Deus, super quem alius Deus non est: per Dominum nostrum Jesum Christum dominationem quoque dona Spiritus sancti: da omni legenti hanc scripturam agnoscere te, quia solus Deus es, et confirmari in te, et absistere ab omni haeretica, et quae est sine Deo, et impia sententia.

5. Et apostolus autem Paulus, dicens: « Si enim his qui non erant dii servistis, nunc cognoscentes Deum, imo cogniti a Deo; » separavit eos qui non erant, ab eo qui est Deus. Et iterum de Antichristo dicens: « Qui adversatur et extollit se, inquit, super omne quod dicitur Deus, vel quod colitur; » eos qui ab ignorantibus Deum dii dicuntur, significat, id est idola. Etenim Pater omnium Deus dicitur, et est: et non super hunc extolletur Antichristus; sed super eos qui dicuntur quidem, non sunt autem dii. Quoniam autem hoc verum est, ipse Paulus ait: « Scimus autem, quoniam nihil est idolum, et quoniam nemo Deus, nisi unus. Etenim si sunt qui dicuntur dii, sive in coelo, sive in terra; nobis unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Distinxit enim, et separavit eos qui dicuntur quidem, non sunt autem dii, ab uno Deo Patre, ex quo omnia; et unum Dominum Jesum Christum ex sua persona firmissime confessus est. Quod autem, « sive in coelo, sive in terra, » non quemadmodum exponunt hi, dicere eum mundi fabricatores; sed simile est ei quod a Moyse dictum est: « Non facies tibi omnem similitudinem in Deum, quaecunque in coelo sursum, et quaecunque in terra deorsum, et quaecunque in aquis sub terra. » Quae autem in coelo sunt, quae sint, ipse exponit: « Nequando, inquit, respiciens in coelum, et videns solem, et lunam, et stellas, et omne ornamentum coeli, errans adores ea, et servias eis. » Et ipse autem Moyses homo Dei exsistens, Deus quidem datus est ante Pharaonem: non autem vere Dominus appellatur, nec Deus vocatur a prophetis, sed « fidelis Moyses famulus et servus Dei, » dicitur a Spiritu; quod et erat.

Caput VII

Solvit objectionem petitam e Pauli verbis II Cor. iv, 5, probatque Apostolum hyperbatis frequenter uti.

4. Y yo, pues, te invoco, Señor, Dios de Abraham, y Dios de Isaac, y Dios de Jacob y de Israel, que eres el Padre de nuestro Señor Jesucristo, Dios que por la muchedumbre de tu misericordia te has complacido en nosotros, para que te conozcamos; que hiciste el cielo y la tierra, que dominas sobre todas las cosas, que eres el único y verdadero Dios, sobre el cual no hay otro Dios: por nuestro Señor Jesucristo concede también el dominio del Espíritu Santo: concede a todo el que lea este escrito conocerte, que tú solo eres Dios, y ser fortalecido en ti, y apartarse de toda doctrina herética, atea e impía.

5. Y también el apóstol Pablo, al decir: Porque si servisteis a los que no eran dioses, ahora que conocéis a Dios, o más bien que sois conocidos por Dios (Gál 4,8-9), separó a los que no eran del que es Dios. Y otra vez, hablando del Anticristo: El que se opone y se exalta, dice, sobre todo lo que se llama Dios, o lo que se adora (2 Tes 2,4); significa a los que son llamados dioses por los que no conocen a Dios, es decir, los ídolos. Porque el Padre de todos se llama Dios, y lo es: y el Anticristo no se exaltará sobre él, sino sobre los que ciertamente se llaman dioses, pero no son dioses. Y que esto es verdad, lo dice el mismo Pablo: Pero sabemos que el ídolo no es nada, y que no hay Dios sino uno. Porque aunque haya quienes se llaman dioses, sea en el cielo, sea en la tierra; para nosotros hay un solo Dios, el Padre, del cual son todas las cosas, y nosotros hacia él; y un solo Señor, Jesucristo, por quien son todas las cosas, y nosotros por él (1 Cor 8,4-6). Porque distinguió y separó a los que ciertamente se llaman dioses, pero no son dioses, del único Dios Padre, del cual son todas las cosas; y confesó firmísimamente en su propia persona un solo Señor Jesucristo. En cuanto a sea en el cielo, sea en la tierra, no se refiere, como estos exponen, a los fabricadores del mundo; sino que es semejante a lo que fue dicho por Moisés: No te harás semejanza alguna como dios, de cuanto hay arriba en el cielo, y de cuanto hay abajo en la tierra, y de cuanto hay en las aguas bajo la tierra (Dt 5,8). Y cuáles sean las cosas que están en el cielo, él mismo lo expone: No sea que, dice, mirando al cielo, y viendo el sol, y la luna, y las estrellas, y todo el ornato del cielo, extraviado, las adores y les sirvas (Dt 4,19). Y el mismo Moisés, siendo hombre de Dios, fue ciertamente dado como dios ante el Faraón; pero no es llamado verdaderamente Señor, ni es llamado Dios por los profetas, sino que el Espíritu lo llama Moisés, fiel criado y siervo de Dios (Heb 3,5; Nm 12,7): lo cual también era.

Capítulo 7

Resuelve la objeción tomada de las palabras de Pablo en 2 Cor 4,4, y prueba que el Apóstol usa con frecuencia hipérbatos.

1. Quod autem dicunt, aperte Paulum in secunda ad Corinthios dixisse: « In quibus Deus saeculi hujus excaecavit mentes infidelium; » et alterum quidem Deum esse saeculi hujus dicunt, alterum vero, qui sit super omnem principatum, et initium, et potestatem: non sumus nos in causa, si hi, qui quae super Deum sunt mysteria scire se dicunt, ne quidem legere Paulum sciunt. Si enim quis secundum Pauli consuetudinem, quemadmodum ex multis et alibi ostendimus, hyperbatis eum utentem, sic legerit: « in quibus Deus; » deinde subdistinguens, et modicum diastematis faciens, simul et in unum reliqua legerit, « saeculi hujus excaecavit mentes infidelium, » inveniet verum, ut sit quod dicitur: « Deus excaecavit mentes infidelium hujus saeculi. » Et hoc per subdistinctionem ostenditur. Non enim Deum hujus saeculi dicit Paulus, quasi super illum alterum aliquem sciens; sed Deum quidem Deum confessus est; infideles autem saeculi hujus dicit, quoniam venturum incorruptelae non haereditabunt saeculum. Quemadmodum autem Deus excaecavit mentes infidelium, ex ipso Paulo ostendemus, proficiente nobis sermone, ut non nunc in multum avocemus mentem nostram a proposito.

2. Quoniam autem hyperbatis frequenter utitur Apostolus, propter velocitatem sermonum suorum, et propter impetum qui in ipso est Spiritus, ex multis quidem aliis est invenire. Sed et in ea quae est ad Galatas, sic ait: « Quid ergo lex factorum? Posita est, usquequo veniat semen, cui promissum est, disposita per angelos in manu Mediatoris. » Ordinatio enim sic est: « Quid ergo lex factorum? Disposita per angelos in manu Mediatoris posita est, usquedum veniat semen, cui promissum est: » ut sit homo interrogans, et Spiritus respondens. Et iterum in secunda ad Thessalonicenses, de Antichristo dicens, ait: « Et tunc revelabitur iniquus, quem Dominus Jesus Christus interficiet spiritu oris sui, et destruet praesentia adventus sui illum, cujus est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute et signis, et portentis mendacii. » Etenim in his ordinatio dictorum sic est: « Et tunc revelabitur iniquus, cujus est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, et signis, et portentis mendacii, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet praesentia adventus sui. » Non enim adventum Domini dicit secundum operationem Satanae fieri, sed adventum iniqui, quem et Antichristum dicimus. Si ergo non attendat aliquis lectioni, et intervalla aspirationis manifestet in quo dicitur; erunt non tantum incongruentia, sed et blasphema, legens quasi Domini adventus secundum operationem fiat Satanae. Sicut ergo in talibus oportet per lectionem hyperbaton ostendi, et consequentem Apostoli servari sensum; sic et ibi non Deum saeculi hujus legimus, sed Deum, quem vere Deum dicimus: incredulos autem et excaecatos saeculi hujus audiemus, quoniam venturum vitae non haereditabunt saeculum.

1. En cuanto a lo que dicen, que Pablo dijo claramente en la segunda a los corintios: En quienes el Dios de este siglo cegó las mentes de los infieles (2 Cor 4,4); y dicen que uno es el Dios de este siglo, y otro el que está por encima de todo principado, y principio, y potestad: no tenemos nosotros la culpa si estos, que dicen saber los misterios que están por encima de Dios, ni siquiera saben leer a Pablo. Porque si alguno, según la costumbre de Pablo, que usa hipérbatos, como hemos mostrado por muchos lugares y en otra parte, lee así: en quienes Dios; luego, haciendo una pausa y un pequeño intervalo, lee el resto junto y de una vez, de este siglo cegó las mentes de los infieles, hallará la verdad, de modo que lo que se dice es: Dios cegó las mentes de los infieles de este siglo. Y esto se muestra por la pausa. Porque Pablo no habla de un Dios de este siglo, como si conociera a algún otro por encima de él; sino que confesó a Dios como Dios; y habla de los infieles de este siglo, porque no heredarán el siglo venidero de la incorrupción. Y cómo Dios cegó las mentes de los infieles, lo mostraremos por el mismo Pablo a medida que avance nuestro discurso, para no apartar ahora mucho nuestra mente de nuestro propósito.

2. Que el Apóstol usa con frecuencia hipérbatos, por la rapidez de sus palabras y por el ímpetu del Espíritu que hay en él, puede hallarse en muchos otros lugares. Y también en la carta a los gálatas dice así: ¿Qué es, pues, la ley de las obras? Fue puesta hasta que viniera la simiente a la que se había hecho la promesa, dispuesta por medio de ángeles en mano de un Mediador (Gál 3,19). Porque el orden es este: ¿Qué es, pues, la ley de las obras? Dispuesta por medio de ángeles en mano de un Mediador, fue puesta hasta que viniera la simiente a la que se había hecho la promesa: de modo que es el hombre quien pregunta y el Espíritu quien responde. Y otra vez en la segunda a los tesalonicenses, hablando del Anticristo, dice: Y entonces se revelará el inicuo, a quien el Señor Jesucristo matará con el espíritu de su boca, y destruirá con la presencia de su venida, a aquel cuya venida es según la operación de Satanás, con todo poder y señales y prodigios de mentira (2 Tes 2,8-9). Porque en estas palabras el orden de lo dicho es este: Y entonces se revelará el inicuo, cuya venida es según la operación de Satanás, con todo poder y señales y prodigios de mentira, a quien el Señor Jesús matará con el espíritu de su boca, y destruirá con la presencia de su venida. Porque no dice que la venida del Señor sucede según la operación de Satanás, sino la venida del inicuo, al que también llamamos el Anticristo. Si, pues, alguno no atiende a la lectura, y no marca los intervalos para tomar aliento en lo que se dice, habrá no solo incongruencias sino también blasfemias, al leer como si la venida del Señor sucediera según la operación de Satanás. Así como en tales lugares es preciso mostrar el hipérbaton por la lectura, y conservar el sentido consecuente del Apóstol, así también allí no leemos «el Dios de este siglo», sino «Dios», al que llamamos verdaderamente Dios; y entenderemos «los incrédulos y cegados de este siglo», porque no heredarán el siglo venidero de la vida.

Caput VIII

Solvit alteram objectionem e Christi verbis Matth. vi. 24, et ostendit solum Deum, cum initio et fine careat, Deum ac Dominum vere dici posse; caetera omnia, cum per Verbum ejus facta sint, Dei ac Domini nomen sortiri non posse.

1. Soluta igitur et hac illorum calumnia, manifeste ostensum est, quoniam nunquam neque prophetae, neque apostoli alium Deum nominaverunt, vel Dominum appellaverunt, praeter verum et solum Deum. Multo magis ipse Dominus, qui et « Caesari » quidem « quae Caesaris sunt reddi » jubet, « et quae Dei sunt Deo; » Caesarem quidem Caesarem nominans, Deum vero Deum confitens. Similiter et illud quod ait: « Non potestis duobus dominis servire; » ipse interpretatur, dicens: « Non potestis Deo servire, et Mammonae, » Deum quidem confitens Deum, Mammonam autem nominans hoc quod et est. Non Mammonam dominum vocat, dicens: « Non potestis duobus dominis servire; » sed discipulos docet servientes Deo, non subjici Mammonae, neque dominari ab eo. « Qui » enim, inquit, « facit peccatum, servus est peccati. » Quemadmodum igitur servientes peccato, servos peccati vocat, non tamen ipsum peccatum Deum appellat: sic et eos qui Mammonae serviunt, servos Mammonae appellat, non Deum appellans Mammonam. Mammonas autem est, secundum Judaicam loquelam, qua et Samaritae utuntur, « cupidus, et plus quam oportet habere volens, » (secundum autem Hebraicam, adjunctive dicitur « Mam ») vel significat « gulosum, » id est, qui non possit a gula continere; Secundum utraque igitur, quae significantur, non possumus Deo servire, et Mammonae.

2. Sed et diabolum cum dixisset fortem, non in totum, sed velut in comparatione nostra; semetipsum in omnia et vere fortem ostendit Dominus, dicens: « Non aliter aliquem posse diripere vasa fortis, si non prius ipsum alliget fortem; et tunc domum ejus diripiet. » (Vasa autem ejus et domus nos eramus, cum essemus in apostasia; utebatur enim nobis quemadmodum volebat; et spiritus immundus habitabat in nobis.) Non enim adversus eum qui se alligabat, et domum ejus diripiebat, fortis erat; sed adversus eos, qui in usu ejus erant, homines; quoniam abscedere fecerat sententiam eorum a Deo.

Capítulo 8

Resuelve otra objeción tomada de las palabras de Cristo en Mt 6,24, y muestra que solo Dios, por carecer de principio y de fin, puede ser llamado verdaderamente Dios y Señor; que todas las demás cosas, por haber sido hechas por su Verbo, no pueden recibir el nombre de Dios y Señor.

1. Refutada, pues, también esta calumnia suya, se ha mostrado manifiestamente que nunca ni los profetas ni los apóstoles nombraron otro Dios, o llamaron Señor a otro, fuera del verdadero y único Dios. Mucho más el Señor mismo, que manda dar al César lo que es del César, y a Dios lo que es de Dios (Mt 22,21), nombrando al César César, pero confesando a Dios como Dios. De igual modo aquello que dice: No podéis servir a dos señores; él mismo lo interpreta, diciendo: No podéis servir a Dios y a Mammón (Mt 6,24), confesando a Dios como Dios, pero nombrando a Mammón como lo que también es. No llama señor a Mammón al decir: No podéis servir a dos señores; sino que enseña a los discípulos que sirven a Dios a no estar sujetos a Mammón ni ser dominados por él. Porque el que comete pecado, dice, es siervo del pecado (Jn 8,34). Así como llama siervos del pecado a los que sirven al pecado, y sin embargo no llama Dios al pecado mismo, así también llama siervos de Mammón a los que sirven a Mammón, sin llamar Dios a Mammón. Ahora bien, Mammón, según la lengua judía que usan también los samaritanos, es «codicioso, y que quiere tener más de lo que conviene» (pero según la hebrea se dice con un aditamento, «Mam»), o significa «glotón», es decir, el que no puede contenerse de la gula; según ambas cosas significadas, pues, no podemos servir a Dios y a Mammón.

2. Y habiendo llamado fuerte al diablo, no del todo, sino como en comparación con nosotros, el Señor se mostró a sí mismo fuerte en todo y verdaderamente, diciendo: Nadie puede saquear los bienes del fuerte si antes no ata al fuerte mismo; y entonces saqueará su casa (Mt 12,29). (Ahora bien, sus bienes y su casa éramos nosotros, cuando estábamos en la apostasía; pues se servía de nosotros como quería; y el espíritu inmundo habitaba en nosotros.) Porque no era fuerte contra aquel que lo ataba y saqueaba su casa, sino contra los que estaban a su servicio, los hombres; porque había hecho que su mente se apartara de Dios.

Quos eripuit Dominus, quemadmodum et Jeremias ait: « Redemit Dominus Jacob, et eripuit eum de manu fortioris ejus. » Si igitur non significasset eum qui alligat et diripit ejus vasa, hoc autem solum eum fortem dixisset, esset fortis invictus. Sed et adjecit obtinentem; tenet enim qui alligat, tenetur autem qui alligatus est. Et hoc sine comparatione fecit, ut non comparetur Domino servus apostata exsistens: non enim tantum hic, sed nec quidquam ex his quae constituta sunt, et in subjectione sunt, comparabitur Verbo Dei, per quem facta sunt omnia, qui est Dominus noster Jesus Christus.

3. Quoniam enim sive Angeli, sive Archangeli, sive Throni, sive Dominationes, ab eo qui super omnes est Deus, et constituta sunt, et facta per Verbum ejus, Joannes quidem sic significavit. Cum enim dixisset de Verbo Dei, quoniam erat in Patre, adjecit: « Omnia per eum facta sunt, et sine eo factum est nihil. » David quoque cum laudationes enumerasset, nominatim universa quaecunque diximus, et coelos, et omnes virtutes eorum adjecit: « Quoniam ipse praecepit, et creata sunt: ipse dixit, et facta sunt. » Cui ergo praecepit? Verbo scilicet: per quod, inquit, « Coeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. » Quoniam autem ipse omnia fecit libere, et quemadmodum voluit, ait iterum David: « Deus autem noster in coelis sursum, et in terra, omnia quaecunque voluit, fecit. » Altera autem sunt, quae constituta sunt, ab eo qui constituit, et quae facta sunt, ab eo qui fecit. Ipse enim infectus, et sine initio, et sine fine, et nullius indigens, ipse sibi sufficiens, et adhuc reliquis omnibus, ut sint, hoc ipsum praestans: quae vero ab eo sunt facta, initium sumpserunt. Quaecunque autem initium sumpserunt, et dissolutionem possunt percipere, et subjecta sunt, et indigent ejus qui se fecit; necesse est omnimodo, uti differens vocabulum habeant apud eos etiam, qui vel modicum sensum in discernendo talia habent: ita ut is quidem, qui omnia fecerit, cum Verbo suo juste dicatur Deus et Dominus solus; quae autem facta sunt, non jam ejusdem vocabuli participabilia esse, neque juste id vocabulum sumere debere, quod est Creatoris.

Caput IX

Unum et eumdem Deum coeli et terrae conditorem, qui a prophetis praedicatus est, et ab evangelistis annuntiatum esse. Id primum ex Matthaei Evangelio probatur.

A estos los libró el Señor, como también dice Jeremías: El Señor redimió a Jacob, y lo libró de la mano del que era más fuerte que él (Jer 31,11). Si, pues, no hubiera significado al que ata y saquea sus bienes, y lo hubiera llamado solo fuerte, el fuerte sería invencible. Pero añadió también al que prevalece sobre él: porque el que ata retiene, y el que es atado es retenido. Y esto lo hizo sin comparación, para que el siervo, siendo apóstata, no fuera comparado con el Señor: porque no solo él, sino nada de cuanto ha sido establecido y está en sujeción será comparado con el Verbo de Dios, por quien todas las cosas fueron hechas, que es nuestro Señor Jesucristo.

3. Porque que los ángeles, o los arcángeles, o los tronos, o las dominaciones fueron establecidos y hechos por el que es Dios sobre todos, por medio de su Verbo, lo significó así Juan. Pues habiendo dicho del Verbo de Dios que estaba en el Padre, añadió: Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo (Jn 1,3). También David, habiendo enumerado las alabanzas, nombrando una por una todas las cosas que dijimos, tanto los cielos como todos sus poderes, añadió: Porque él mandó, y fueron creadas; él dijo, y fueron hechas (Sal 148,5; 33,9). ¿A quién, pues, mandó? Al Verbo, es decir: por el cual, dice, los cielos fueron afianzados, y todo su poder por el espíritu de su boca (Sal 33,6). Y que él mismo hizo todas las cosas libremente y como quiso, lo dice otra vez David: Pero nuestro Dios está arriba en los cielos, y en la tierra: hizo todo cuanto quiso (Sal 115,3). Pero son otras las cosas que fueron establecidas que el que las estableció, y las que fueron hechas que el que las hizo. Porque él mismo es no hecho, sin principio y sin fin, sin necesitar de nada, suficiente para sí mismo, y que además concede a todas las demás cosas esto mismo, que sean; pero las cosas que han sido hechas por él han tomado un principio. Y todo lo que ha tomado un principio puede también recibir disolución, y está sujeto, y necesita de aquel que lo hizo; es de todo punto necesario que tales cosas tengan un vocablo diferente aun entre los que tienen siquiera un poco de sentido para discernir estas cosas: de modo que el que hizo todas las cosas sea llamado con justicia, junto con su Verbo, Dios y Señor solo; y que las cosas hechas no sean ya partícipes del mismo vocablo, ni deban tomar con justicia aquel vocablo que es del Creador.

Capítulo 9

Que uno y el mismo Dios, Creador del cielo y de la tierra, que fue predicado por los profetas, fue también anunciado por los evangelistas. Esto se prueba primero por el Evangelio de Mateo.

1. Ostenso hoc igitur plane (et adhuc ostendetur manifestius) neminem alterum Dominum vel Deum, neque prophetas, neque apostolos, neque Dominum Christum confessum esse ex sua persona, sed praecipue Deum et Dominum: prophetis quidem et apostolis Patrem et Filium confitentibus; alterum autem neminem, neque Deum nominantibus, neque Dominum confitentibus: et ipso Domino Patrem tantum Deum et Dominum eum, qui solus est Deus et dominator omnium, tradente discipulis; sequi nos oportet, si quidem illorum sumus discipuli, testimonia illorum ita se habentia. Matthaeus enim apostolus, unum et eumdem sciens Deum, qui promissionem fecerit Abrahae, facturum se semen ejus quasi stellas coeli, qui per Filium suum Christum Jesum a lapidum cultura in suam nos agnitionem vocaverit, uti fieret « qui non populus, populus; et non dilecta, dilecta; » ait Joannem praeparantem Christo viam, his qui in carnali quidem cognatione gloriabantur, varium autem et omni malitia completum sensum habebant, eam poenitentiam, quae a malitia revocaret, annuntiantem dixisse: « Progenies viperarum, quis vobis monstravit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Et nolite dicere in vobis ipsis: Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quoniam potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae. » Poenitentiam igitur eis eam, quae esset a malitia, praeconabat; sed non alterum Deum annuntiabat, praeter eum qui fecisset promissionem Abrahae, ille praecursor Christi; de quo iterum ait Matthaeus, similiter autem et Lucas: « Hic enim est qui dictus est a Domino per prophetam: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt tortuosa in directa, et aspera in vias planas: et videbit omnis caro salutare Dei. » Unus igitur et idem Deus est, Pater Domini nostri, qui et Praecursorem per prophetas missurum se promisit: et salutare suum, id est Verbum suum, visibile effecit omni fieri carni, incarnatum et ipsum, ut in omnibus manifestus fieret rex eorum. Etenim ea quae judicantur, oportebat videre judicem, et scire hunc a quo judicantur: et ea quae gloriam consequuntur, oportebat scire eum, qui munus gloriae eis donat.

2. Iterum autem de angelo dicens Matthaeus, ait: « Angelus Domini apparuit Joseph in somnis. » Cujus Domini, ipse interpretatur: « Uti adimpleatur quod dictum est a Domino per prophetam: Ex Aegypto vocavi Filium meum. Ecce Virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. » De hoc, qui est ex Virgine Emmanuel, dixit David: « Non avertas faciem Christi tui. Juravit Dominus David veritatem, et non spernet eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. »

1. Mostrado esto, pues, claramente (y aún se mostrará con más evidencia), que ni los profetas, ni los apóstoles, ni el Señor Cristo confesaron en su propia persona a ningún otro Señor o Dios, sino principalmente a Dios y Señor: los profetas y los apóstoles confesando al Padre y al Hijo, y no nombrando a ningún otro como Dios ni confesando a ningún otro como Señor; y el Señor mismo transmitiendo a sus discípulos al Padre solo como Dios y Señor, a aquel que solo es Dios y dominador de todas las cosas; debemos seguir, si en verdad somos sus discípulos, sus testimonios, que son así. Porque Mateo, el apóstol, conociendo uno y el mismo Dios, que hizo a Abraham la promesa de que haría su simiente como las estrellas del cielo, que por su Hijo Cristo Jesús nos llamó del culto de las piedras a su conocimiento, para que el que no era pueblo fuera pueblo, y la no amada, amada (Rom 9,25), dice que Juan, preparando el camino a Cristo, dijo a los que se gloriaban de su parentesco según la carne, pero tenían un entendimiento voluble y lleno de toda malicia, anunciando aquella penitencia que aparta de la malicia: Progenie de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? Dad, pues, fruto digno de penitencia. Y no digáis dentro de vosotros: Tenemos por padre a Abraham; porque os digo que poderoso es Dios para suscitar de estas piedras hijos a Abraham (Mt 3,7-9). Les pregonaba, pues, la penitencia que aparta de la malicia; pero no anunciaba a otro Dios fuera de aquel que había hecho la promesa a Abraham, él, el precursor de Cristo; del cual dice otra vez Mateo, e igualmente Lucas: Porque este es aquel de quien habló el Señor por medio del profeta: Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor, enderezad las sendas de nuestro Dios. Todo valle será rellenado, y todo monte y colina será rebajado, y lo tortuoso se hará recto, y lo áspero caminos llanos: y toda carne verá el poder salvador de Dios (Mt 3,3; Lc 3,4-6). Uno y el mismo es, pues, Dios, el Padre de nuestro Señor, que también prometió por medio de los profetas que enviaría al Precursor; y a su poder salvador, es decir, a su Verbo, lo hizo visible a toda carne, encarnado también él, para que en todo se hiciera manifiesto como rey de ellos. Porque lo que es juzgado debía ver al juez, y conocer a aquel por quien es juzgado; y lo que alcanza la gloria debía conocer a aquel que le da el don de la gloria.

2. Y otra vez, hablando del ángel, dice Mateo: Un ángel del Señor se apareció a José en sueños (Mt 1,20). De qué Señor, él mismo lo interpreta: Para que se cumpliera lo dicho por el Señor por medio del profeta: De Egipto llamé a mi Hijo (Mt 2,15). He aquí que una virgen recibirá en el seno, y dará a luz un hijo, y llamarán su nombre Emmanuel, que significa: Dios con nosotros (Mt 1,23; Is 7,14). De este, que es el Emmanuel de la Virgen, dijo David: No apartes el rostro de tu Cristo. El Señor juró verdad a David, y no lo desdeñará: del fruto de tu vientre pondré sobre tu trono (Sal 132,10-11).

Et iterum: « Notus in Judaea Deus, et factus est in pace locus ejus, et habitaculum ejus in Sion. » Unus igitur et idem Deus, qui a prophetis praedicatus est, et ab Evangelio annuntiatus, et hujus Filius qui ex fructu ventris David, id est ex David Virgine, et Emmanuel: cujus et stellam Balaam quidem sic prophetavit: « Orietur stella ex Jacob, et surget dux in Israel. » Matthaeus autem Magos ab Oriente venientes ait dixisse: « Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum; » deductosque a stella in domum Jacob ad Emmanuel, per ea quae obtulerunt munera ostendisse, quis erat qui adorabatur: myrrham quidem quod ipse erat, qui pro mortali humano genere moreretur et sepeliretur: aurum vero, quoniam Rex « cujus regni finis non est; » thus vero, quoniam Deus, qui et « notus in Judaea factus est, » et manifestus eis, qui non quaerebant eum.

3. Adhuc ait in baptismate Matthaeus: « Aperti sunt ei coeli, et vidit Spiritum Dei, quasi columbam venientem super eum. Et ecce vox de coelo, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. » Non enim Christus tunc descendit in Jesum; neque alius quidem Christus, alius vero Jesus; sed Verbum Dei, qui est Salvator omnium, et dominator coeli et terrae, qui est Jesus (quemadmodum ante ostendimus), qui et assumpsit carnem, et unctus est a Patre Spiritu, Jesus Christus factus est; sicut et Isaias ait: « Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et implebit eum spiritus timoris Dei. Non secundum gloriam judicabit neque secundum loquelam arguet, sed judicabit humili judicium et arguet gloriosos terrae. » Et iterum ipse Isaias unctionem ejus, et propter quid unctus est, praesignificans ait: « Spiritus Dei super me, quapropter unxit me, evangelizare humilibus misit me, curare comminutos corde, praeconare captivis remissionem, et caecis visionem, vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis, consolari omnes plangentes. » Nam secundum id quod Verbum Dei homo erat, ex radice Jesse, et filius Abrahae, secundum hoc requiescebat Spiritus Dei super eum, et ungebatur ad evangelizandum humilibus. Secundum autem quod Deus erat, non secundum gloriam judicabat, neque secundum loquelam arguebat: « Non enim opus erat illi, ut quis testimonium diceret de homine, cum ipse sciret quid esset in homine. » Advocabat autem omnes homines plangentes, et remissionem his, qui a peccatis in captivitatem deducti erant, donans, solvebat eos a vinculis, de quibus ait Salomon: « Restibus autem peccatorum suorum unusquisque constringitur. » Spiritus ergo Dei descendit in eum, ejus qui [eum] per prophetas promiserat uncturum se eum, ut de abundantia unctionis ejus nos percipientes salvaremur. Et sic quidem Matthaeus.

Y otra vez: Dios es conocido en Judea, y su lugar ha sido hecho en la paz, y su morada en Sion (Sal 76,2-3). Uno y el mismo Dios, pues, que fue predicado por los profetas y anunciado por el Evangelio, y su Hijo, que es del fruto del vientre de David, es decir, de la Virgen de David, y Emmanuel: cuya estrella profetizó así Balaam: Saldrá una estrella de Jacob, y surgirá un caudillo en Israel (Nm 24,17). Y Mateo dice que los Magos, viniendo del Oriente, dijeron: Porque hemos visto su estrella en el Oriente, y hemos venido a adorarlo (Mt 2,2); y que, conducidos por la estrella a la casa de Jacob, hasta Emmanuel, mostraron por los dones que ofrecieron quién era el que era adorado: mirra, porque él era quien había de morir y ser sepultado por el género humano mortal; oro, porque es Rey cuyo reino no tendrá fin (Lc 1,33); e incienso, porque es Dios, que también se ha dado a conocer en Judea, y se ha manifestado a los que no lo buscaban.

3. Además, dice Mateo en el bautismo: Se le abrieron los cielos, y vio al Espíritu de Dios que venía sobre él como una paloma. Y he aquí una voz desde el cielo, que decía: Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido (Mt 3,16-17). Porque no fue Cristo quien descendió entonces sobre Jesús; ni es uno Cristo y otro Jesús; sino que el Verbo de Dios, que es el Salvador de todos y dominador del cielo y de la tierra, que es Jesús (como antes hemos mostrado), el que también asumió la carne y fue ungido por el Padre con el Espíritu, se hizo Jesucristo; como también dice Isaías: Saldrá una vara de la raíz de Jesé, y una flor subirá de su raíz, y reposará sobre él el Espíritu de Dios, espíritu de sabiduría y de entendimiento, espíritu de consejo y de fortaleza, espíritu de ciencia y de piedad, y lo llenará el espíritu del temor de Dios. No juzgará según la gloria, ni reprenderá según el habla; sino que hará juicio al humilde, y reprenderá a los gloriosos de la tierra (Is 11,1-4). Y otra vez el mismo Isaías, presignificando su unción y por qué fue ungido, dice: El Espíritu de Dios está sobre mí, por lo cual me ungió; me envió a evangelizar a los humildes, a curar a los quebrantados de corazón, a pregonar a los cautivos la remisión y a los ciegos la vista, a llamar el año aceptable del Señor y el día de la retribución, a consolar a todos los que lloran (Is 61,1-2). Porque en cuanto el Verbo de Dios era hombre, de la raíz de Jesé e hijo de Abraham, en eso reposaba sobre él el Espíritu de Dios, y era ungido para evangelizar a los humildes. Pero en cuanto era Dios, no juzgaba según la gloria, ni reprendía según el habla: Porque no necesitaba que nadie diera testimonio del hombre, pues él mismo sabía lo que había en el hombre (Jn 2,25). Y llamaba a sí a todos los hombres que lloraban, y, concediendo la remisión a los que habían sido llevados a la cautividad por los pecados, los desataba de las ataduras de las que dice Salomón: Cada uno queda atado con las cuerdas de sus propios pecados (Prov 5,22). El Espíritu de Dios, pues, descendió sobre él, el Espíritu de aquel que había prometido por medio de los profetas que lo ungiría, para que nosotros, recibiendo de la abundancia de su unción, fuéramos salvados. Esto en cuanto a Mateo.

Caput X

Argumenta ex Lucae et Marci Evangeliis.

1. Lucas autem sectator et discipulus apostolorum, de Zacharia et Elisabeth, ex quibus secundum repromissionem Dei Joannes natus est, referens ait: « Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justitiis Domini sine querela. » Et iterum de Zacharia dicens: « Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exivit ut incensum poneret, et venit uti sacrificaret intrans in templum Domini. » Qui praeest in conspectu Domini, simpliciter, et absolute, et firme Deum et Dominum confitens ex sua persona, eum qui elegerit Jerusalem, et legisdationem sacerdotii fecerit, cujus est et angelus Gabriel. Etenim alterum super hunc nesciebat: si enim intellectum perfectioris alicujus Dei et Domini, praeter hunc, habuisset, non utique hunc, quem sciebat labis esse fructum, absolute, et in totum, Dominum et Deum confiteretur, sicut ante ostendimus. Sed et de Joanne dicens, sic ait: « Erit enim magnus in conspectu Domini, et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum, et ipse praecedet in conspectu ejus, in spiritu et virtute Eliae, praeparare Domino plebem perfectam. » Cui ergo populum praeparavit, et in cujus Domini conspectu magnus factus est?

Utique ejus qui dixit: « Quoniam et plus quam propheta habuit aliquid Joannes, et nemo in natis mulierum major est Joanne Baptista: » qui et populum praeparabat ad adventum Domini, conservis praenuntians, et poenitentiam ipsis praeconans, uti remissionem a Domino praesente perciperent, conversi ad eum, a quo propter peccata et transgressionem erant abalienati; quemadmodum et David ait: « Alienati sunt peccatores ab utero, erraverunt a ventre. » Et propter hoc convertens eos ad Dominum eorum, praeparabat Domino populum perfectum, in spiritu et virtute Eliae.

2. Et iterum de angelo referens ait: « In ipso autem tempore missus est angelus Gabriel a Deo, qui et dixit Virgini: Noli timere, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. » Et de Domino dicit: « Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus thronum David, patris sui, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. »

Capítulo 10

Argumentos tomados de los Evangelios de Lucas y de Marcos.

1. Y Lucas, seguidor y discípulo de los apóstoles, refiriendo lo de Zacarías e Isabel, de los cuales nació Juan según la promesa de Dios, dice: Eran ambos justos delante de Dios, caminando sin tacha en todos los mandamientos y ordenanzas del Señor (Lc 1,6). Y otra vez, hablando de Zacarías: Sucedió que, mientras ejercía el sacerdocio en el orden de su turno delante de Dios, según la costumbre del sacerdocio, le tocó en suerte poner el incienso, y vino a sacrificar entrando en el templo del Señor (Lc 1,8-9). El que está en la presencia del Señor: confesando sencilla, absoluta y firmemente, en su propia persona, como Dios y Señor a aquel que eligió Jerusalén e hizo la legislación del sacerdocio, del cual es también el ángel Gabriel. Porque no conocía a otro por encima de él: pues si hubiera tenido entendimiento de algún Dios y Señor más perfecto fuera de este, ciertamente no habría confesado absolutamente y del todo como Señor y Dios a este que sabía que era fruto de un defecto, como antes hemos mostrado. Y hablando también de Juan, dice así: Porque será grande en la presencia del Señor, y convertirá a muchos de los hijos de Israel al Señor su Dios, e irá delante en su presencia, en el espíritu y el poder de Elías, para preparar al Señor un pueblo perfecto (Lc 1,15-17). ¿Para quién, pues, preparó un pueblo, y en la presencia de qué Señor se hizo grande?

Sin duda de aquel que dijo: Juan tuvo algo aún más que un profeta, y entre los nacidos de mujer no hay nadie mayor que Juan el Bautista (Mt 11,9.11): el cual también preparaba al pueblo para la venida del Señor, preanunciándola a sus consiervos y pregonándoles la penitencia, para que recibieran la remisión del Señor presente, convertidos a aquel de quien se habían alejado por los pecados y la transgresión; como también dice David: Los pecadores se han alejado desde el seno materno, se han extraviado desde el vientre (Sal 58,4). Y por eso, convirtiéndolos a su Señor, preparaba al Señor un pueblo perfecto, en el espíritu y el poder de Elías.

2. Y otra vez, refiriendo lo del ángel, dice: En aquel mismo tiempo fue enviado el ángel Gabriel por Dios, el cual también dijo a la Virgen: No temas, María, porque has hallado gracia delante de Dios (Lc 1,26.30). Y del Señor dice: Este será grande, y será llamado Hijo del Altísimo, y el Señor Dios le dará el trono de David su padre, y reinará en la casa de Jacob para siempre, y su reino no tendrá fin (Lc 1,32-33).

Quis est autem alius, qui regnat in domo Jacob sine intermissione in aeternum, nisi Christus Jesus Dominus noster, Filius Dei altissimi, qui per legem et prophetas promisit salutarem suum facturum se omni carni visibilem, ut fieret filius hominis, ad hoc ut et homo fieret Filius Dei? Propter quod et exsultans Maria, clamabat pro Ecclesia prophetans: « Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Assumpsit enim Israel puerum suum, reminisci misericordiae: quemadmodum locutus est ad patres nostros, Abrahae et semini ejus in aeternum. »

Per haec igitur et tanta monstrat Evangelium, quoniam qui locutus est patribus Deus, hic est qui per Moysem legis donationem fecit, per quam legis donationem cognovimus, quoniam patribus locutus est. Hic idem Deus secundum magnam bonitatem suam effudit misericordiam in nos, in qua misericordia « conspexit nos Oriens ex alto, et apparuit his qui in tenebris et umbra mortis sedebant, et direxit pedes nostros in viam pacis; » quemadmodum et Zacharias desinens mutus esse, quod propter infidelitatem passus fuerat, novello Spiritu adimpletus, nove benedicebat Deum. Omnia enim nova aderant, Verbo nove disponente carnalem adventum, uti eum hominem qui extra Deum abierat, ascriberet Deo: propter quod et nove Deum colere docebantur; sed non alium Deum, quoniam quidem « unus Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et praeputium per fidem. »

Prophetans autem Zacharias dicebat: « Benedictus Dominus Deus Israel quia visitavit, et fecit redemptionem populo suo. Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, qui a saeculo sunt. Salutem ex inimicis nostris, et ex manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, et reminisci testamenti sancti sui. Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, uti det nobis sine timore ex manu inimicorum ereptos servire sibi in sanctitate et justitia, in conspectu suo omnes dies nostros. » Deinde ad Joannem dicit: « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus. Ad dandum intellectum salutis populo ejus, in remissionem peccatorum eorum. » Haec enim est salutis agnitio, quae deerat eis, quae est Filii Dei, quam faciebat Joannes, dicens: « Ecce Agnus Dei, qui aufert peccatum mundi. Hic erat de quo dicebam: Post me venit vir, qui ante me factus est quoniam prior me erat; omnesque de plenitudine ejus accepimus. »

¿Y quién otro es el que reina en la casa de Jacob sin interrupción para siempre, sino Cristo Jesús nuestro Señor, Hijo del Dios altísimo, que por la Ley y los Profetas prometió que haría visible a toda carne su poder salvador, para hacerse Hijo del hombre, a fin de que también el hombre se hiciera hijo de Dios? Por eso también María, exultante, clamaba profetizando en favor de la Iglesia: Mi alma engrandece al Señor, y mi espíritu se alegró en mi Dios salvador. Porque ha tomado para sí a Israel su siervo, para acordarse de la misericordia: como habló a nuestros padres, a Abraham y a su simiente para siempre (Lc 1,46-47.54-55).

Por estas cosas, pues, y tantas otras, muestra el Evangelio que el Dios que habló a los padres es el que por medio de Moisés hizo la donación de la Ley, por la cual donación de la Ley sabemos que habló a los padres. Este mismo Dios, según su gran bondad, derramó sobre nosotros su misericordia, en la cual misericordia nos ha mirado el Oriente desde lo alto, y se ha aparecido a los que estaban sentados en tinieblas y en sombra de muerte, y ha dirigido nuestros pies por el camino de la paz (Lc 1,78-79); como también Zacarías, dejando de estar mudo, lo cual había padecido por su infidelidad, recién lleno del Espíritu, bendecía a Dios de modo nuevo. Porque todo se presentaba nuevo, al disponer el Verbo de modo nuevo su venida carnal, para inscribir en Dios a aquel hombre que se había alejado de Dios: por eso también se les enseñaba a adorar a Dios de modo nuevo; pero no a otro Dios, puesto que ciertamente uno es Dios, que justifica a la circuncisión por la fe, y al prepucio por medio de la fe (Rom 3,30).

Y Zacarías, profetizando, decía: Bendito sea el Señor Dios de Israel, porque ha visitado y ha hecho la redención de su pueblo. Y nos ha suscitado un cuerno de salvación en la casa de David su siervo. Como habló por boca de sus santos profetas, que son desde antiguo. Salvación de nuestros enemigos, y de la mano de todos los que nos odian. Para hacer misericordia con nuestros padres, y acordarse de su santo testamento. El juramento que juró a Abraham nuestro padre, de concedernos que, librados de la mano de los enemigos, le sirvamos sin temor en santidad y justicia, en su presencia, todos nuestros días (Lc 1,68-75). Después dice a Juan: Y tú, niño, serás llamado profeta del Altísimo: porque irás delante del rostro del Señor a preparar sus caminos. Para dar a su pueblo el entendimiento de la salvación, para la remisión de sus pecados (Lc 1,76-77). Porque este es el conocimiento de la salvación que les faltaba, que es el del Hijo de Dios, el que comunicaba Juan, diciendo: He aquí el Cordero de Dios, que quita el pecado del mundo. Este era aquel de quien yo decía: Detrás de mí viene un varón que ha sido hecho antes que yo, porque era primero que yo; y de su plenitud todos hemos recibido (Jn 1,29-30.15-16).

Haec itaque salutis agnitio; sed non alter Deus, nec alter Pater, neque Bythus, neque Pleroma triginta Aeonum, nec mater ogdoados: sed agnitio salutis erat agnitio Filii Dei, qui et salus, et Salvator, et salutare vere et dicitur, et est. Salus quidem, sic: « In salutem tuam sustinui te, Domine. » Salvator autem iterum: « Ecce Deus meus Salvator meus, fidens ero in eum. » Salutare autem sic: « Notum fecit Deus salutare suum in conspectu gentium. » Est enim Salvator quidem, quoniam Filius et Verbum Dei; salutare autem, quoniam Spiritus: « Spiritus » enim, inquit, « faciei nostrae, Christus Dominus; » salus autem, quoniam caro: « Verbum enim caro factum est, et habitavit in nobis. » Hanc igitur agnitionem salutis faciebat Joannes poenitentiam agentibus, et credentibus in Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi.

4. « Apparuit, inquit, et pastoribus angelus Domini annuntians gaudium eis, quoniam generatus est in domo David Salvator, qui est Christus Dominus. Deinde multitudo exercitus coelestis laudantium Deum et dicentium: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. » Hos angelos falsarii Gnostici dicunt ab ogdoade venisse, et descensionem superioris Christi manifestasse. Sed corruunt iterum dicentes, eum qui sursum sit, Christum et Salvatorem non natum esse, sed et post baptisma ejus qui sit de dispositione, Jesu, ipsum sicut columbam in eum descendisse. Mentiuntur ergo ogdoados angeli, secundum eos, dicentes: « Quoniam generatus est hodie vobis Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. » Neque enim Christus, neque Salvator tunc natus est secundum eos: sed ille, qui est de dispositione Jesus, qui est mundi fabricatoris, in quem post baptisma descendisse, hoc est post triginta annos, supernum Salvatorem dicunt.

Quid autem « in civitate David » apposuerunt, nisi ut eam pollicitationem, quae a Deo facta est David, quoniam ex fructu ventris ejus aeternus erit rex, adimpletam evangelizarent? Etenim Fabricator totius universitatis fecerat promissionem David, quemadmodum ipse David ait: « Adjutorium meum a Domino, qui fecit coelum et terram. » Et iterum: « In manu ejus fines terrae, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam manus ejus fundaverunt. Venite adoremus, et procidamus ante eum, et ploremus in conspectu Domini, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster. » Manifeste pronuntians Spiritus sanctus per David audientibus eum, quoniam erunt qui contemnant eum, qui plasmavit nos, qui et solus est Deus. Propter quod et dicebat quae praedicta sunt significans: Quoniam ne erraveritis; praeter hunc, aut super hunc, alius non est Deus, cui magis intendere oporteat; religiosos nos et gratos praeparans in eum qui fecerit, et constituerit, et enutriat. Quid ergo erit his, qui tantum blasphemiae adversus suum factorem adinvenerunt?

Este es, pues, el conocimiento de la salvación; pero no otro Dios, ni otro Padre, ni Bythus, ni el Pleroma de los treinta Eones, ni la Madre de la Ogdóada: sino que el conocimiento de la salvación era el conocimiento del Hijo de Dios, que verdaderamente se llama y es salvación, y Salvador, y poder salvador. Salvación, así: En tu salvación te he aguardado, Señor (Gn 49,18). Salvador, a su vez: He aquí a mi Dios, mi Salvador; confiaré en él (Is 12,2). Y poder salvador, así: Dios ha dado a conocer su poder salvador a la vista de las naciones (Sal 98,2). Porque es Salvador, por cuanto es el Hijo y Verbo de Dios; poder salvador, por cuanto es Espíritu: El Espíritu, dice, de nuestro rostro, Cristo el Señor (Lam 4,20); salvación, por cuanto es carne: Porque el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14). Este conocimiento de la salvación, pues, comunicaba Juan a los que hacían penitencia y creían en el Cordero de Dios, que quita el pecado del mundo.

4. Se apareció también a los pastores, dice, un ángel del Señor, anunciándoles un gozo: que ha nacido en la casa de David un Salvador, que es Cristo el Señor. Luego una multitud del ejército celestial, que alababa a Dios y decía: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Lc 2,9-14). Estos ángeles, dicen los falsarios gnósticos, vinieron de la Ogdóada y manifestaron el descenso del Cristo superior. Pero caen de nuevo al decir que el que está arriba, Cristo y Salvador, no nació, sino que después del bautismo de aquel que es de la disposición, Jesús, él descendió sobre este como una paloma. Mienten, pues, según ellos, los ángeles de la Ogdóada al decir: Porque os ha nacido hoy un Salvador, que es Cristo el Señor, en la ciudad de David (Lc 2,11). Porque, según ellos, ni Cristo ni el Salvador nacieron entonces; sino aquel Jesús que es de la disposición, que es del fabricador del mundo, en el cual, dicen, descendió el Salvador de lo alto después del bautismo, es decir, después de treinta años.

¿Y por qué añadieron en la ciudad de David, sino para anunciar como buena nueva que se había cumplido la promesa hecha por Dios a David, de que del fruto de su vientre habría un rey eterno? Porque el Fabricador de todo el universo había hecho la promesa a David, como dice el mismo David: Mi auxilio viene del Señor, que hizo el cielo y la tierra (Sal 121,2). Y otra vez: En su mano están los confines de la tierra, y suyas son las alturas de los montes. Porque suyo es el mar, y él lo hizo, y sus manos fundaron la tierra seca. Venid, adoremos y postrémonos ante él, y lloremos en la presencia del Señor que nos hizo, porque él es el Señor nuestro Dios (Sal 95,4-7). El Espíritu Santo declarando manifiestamente por medio de David a los que lo escuchan que habrá quienes desprecien a aquel que nos plasmó, que es el único Dios. Por eso también decía lo que fue predicho, significando: No os extraviéis; fuera de este, o por encima de este, no hay otro Dios a quien más convenga atender; preparándonos a ser religiosos y agradecidos para con aquel que nos hizo, y nos estableció, y nos nutre. ¿Qué será, pues, de los que han inventado tanta blasfemia contra su propio Hacedor?

Hoc idem autem et angeli. In eo enim quod dicunt: « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax; » eum qui sit altissimorum, hoc est, supercoelestium factor, et eorum quae super terram omnium conditor, his sermonibus glorificaverunt: qui suo plasmati, hoc est hominibus, suam benignitatem salutis de coelo misit. Propter quod et « Pastores, ait, revertebantur, glorificantes Deum in omnibus quae audierant, et viderant, quemadmodum et narratum est ad eos. » Non enim alterum Deum glorificabant Israelitae pastores, sed illum qui a lege et prophetis annuntiatus est, factorem omnium, quem et glorificabant angeli. Si autem alterum quidem angeli qui erant ab ogdoade, glorificabant, alterum vero pastores; errorem eis et non veritatem detulerunt hi qui ab ogdoade erant angeli.

5. Adhuc ait Lucas de Domino: « Cum impleti essent dies purgationis, imposuerunt eum in Hierusalem, astare Domino, quemadmodum scriptum est in lege Domini: Quoniam omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domini vocabitur: et ut darent sacrificium, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum; » ex sua persona manifestissime Dominum appellans eum qui legisdationem fecerit. Et « Simeon » autem, inquit, « benedixit Deum, et ait: Nunc dimittis servum tuum, Domine, in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel. » Et « Anna » autem « prophetissa, » ait, similiter clarificabat Deum, videns Christum; « et loquebatur de eo omnibus, qui exspectabant redemptionem Hierusalem. » Per haec autem omnia unus Deus demonstratur, novam libertatis dispositionem per novum adventum Filii sui hominibus aperiens.

6. Quapropter et Marcus interpres et sectator Petri, initium evangelicae conscriptionis fecit sic: « Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, quemadmodum scriptum est in prophetis: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ante Deum nostrum. » Manifeste initium Evangelii esse dicens sanctorum prophetarum voces; et eum, quem ipsi Dominum et Deum confessi sunt, hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi praemonstrans, qui et promiserit ei angelum suum ante faciem ejus missurum; qui erat Joannes, « in spiritu et virtute Eliae » clamans in eremo: « Parate viam Domini, rectas facite semitas ante Deum nostrum. »

Y esto mismo dicen también los ángeles. Porque al decir: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz (Lc 2,14), glorificaron con estas palabras al que es Hacedor de las alturas, es decir, de las cosas que están sobre los cielos, y Creador de todas las cosas que hay sobre la tierra: el cual envió desde el cielo a su hechura, es decir, a los hombres, su benignidad de salvación. Por eso también los pastores, dice, volvían glorificando a Dios por todo lo que habían oído y visto, según se les había dicho (Lc 2,20). Porque los pastores israelitas no glorificaban a otro Dios, sino a aquel que fue anunciado por la Ley y los Profetas, el Hacedor de todas las cosas, al que también glorificaban los ángeles. Pero si los ángeles que eran de la Ogdóada glorificaban a uno, y los pastores a otro, entonces aquellos ángeles que eran de la Ogdóada les trajeron el error y no la verdad.

5. Además, dice Lucas del Señor: Cumplidos los días de la purificación, lo subieron a Jerusalén, para presentarlo al Señor, como está escrito en la Ley del Señor: Todo varón que abre el seno materno será llamado santo para el Señor; y para ofrecer un sacrificio, según lo que está dicho en la Ley del Señor, un par de tórtolas o dos pichones de paloma (Lc 2,22-24); llamando en su propia persona, con toda claridad, Señor a aquel que hizo la legislación. Y Simeón, dice, bendijo a Dios y dijo: Ahora despides a tu siervo, Señor, en paz: porque mis ojos han visto tu poder salvador, que preparaste ante el rostro de todos los pueblos; luz para revelación de las naciones, y gloria de tu pueblo Israel (Lc 2,28-32). Y Ana también, la profetisa, dice, glorificaba igualmente a Dios al ver al Cristo; y hablaba de él a todos los que esperaban la redención de Jerusalén (Lc 2,36.38). Por todas estas cosas, pues, se demuestra un solo Dios, que abre a los hombres una nueva disposición de libertad por la nueva venida de su Hijo.

6. Por lo cual también Marcos, intérprete y seguidor de Pedro, dio comienzo así a su escrito evangélico: Comienzo del Evangelio de Jesucristo, Hijo de Dios, como está escrito en los Profetas: He aquí que envío a mi ángel delante de tu rostro, el cual preparará tu camino. Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor, enderezad las sendas delante de nuestro Dios (Mc 1,1-3). Dice claramente que el comienzo del Evangelio son las voces de los santos profetas; y muestra de antemano que aquel a quien ellos confesaron como Señor y Dios es este Padre de nuestro Señor Jesucristo, que también le prometió que enviaría a su ángel delante de su rostro; el cual era Juan, que clamaba en el desierto en el espíritu y el poder de Elías: Preparad el camino del Señor, enderezad las sendas delante de nuestro Dios.

Quoniam quidem non alium et alium prophetae annuntiabant Deum, sed unum et eumdem, variis autem significationibus, et multis appellationibus: multus enim et dives Pater, quemadmodum in eo libro qui ante hunc est, ostendimus; et ex ipsis autem prophetis procedente nobis sermone ostendemus. In fine autem Evangelii ait Marcus: « Et quidem Dominus Jesus, postquam locutus est eis, receptus est in coelos, et sedet ad dexteram Dei; » confirmans quod a Propheta dictum est: « Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. » Sic quidem unus et idem Deus et Pater est, qui a prophetis quidem annuntiatus, ab Evangelio vero traditus, quem Christiani colimus, et diligimus ex toto corde, factorem coeli et terrae, et omnium quae in eis sunt.

Caput XI

Idem probat ex Joannis Evangelio, quod ex tribus aliis jam probavit. Tum concludit quatuor esse Evangelia, nec plura, nec pauciora, et hujus numeri mysticas rationes affert.

1. Hanc fidem annuntians Joannes Domini discipulus, volens per Evangelii annuntiationem auferre eum, qui a Cerintho inseminatus erat hominibus, errorem, et multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitae, qui sunt vulsio ejus, quae falso cognominatur scientia, ut confunderet eos, et suaderet quoniam unus Deus qui omnia fecit per Verbum suum; et non, quemadmodum illi dicunt, alterum quidem fabricatorem, alium autem Patrem Domini: et alium quidem fabricatoris filium, alterum vero de superioribus, Christum, quem et impassibilem perseverasse, descendentem in Jesum filium fabricatoris, et iterum revolasse in suum Pleroma: et initium quidem esse Monogenem, Logon autem verum filium Unigeniti: et eam conditionem, quae est secundum nos, non a primo Deo factam, sed a Virtute aliqua valde deorsum subjecta, et abscissa ab eorum communicatione, quae sunt invisibilia et innominabilia. Omnia igitur talia circumscribere volens discipulus Domini, et regulam veritatis constituere in Ecclesia, quia est unus Deus omnipotens, qui per Verbum suum omnia fecit, et visibilia, et invisibilia; significans quoque, quoniam per Verbum, per quod Deus perfecit conditionem, in hoc et salutem his qui in conditione sunt, praestitit hominibus; sic inchoavit in ea, quae est secundum Evangelium, doctrina: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.

Porque los profetas no anunciaban un Dios y otro Dios, sino uno y el mismo, aunque con diversas significaciones y muchos nombres: porque rico y múltiple es el Padre, como hemos mostrado en el libro anterior a este; y lo mostraremos por los profetas mismos a medida que avance nuestro discurso. Y al final del Evangelio dice Marcos: Y el Señor Jesús, después de haberles hablado, fue recibido en los cielos, y está sentado a la derecha de Dios (Mc 16,19); confirmando lo que fue dicho por el Profeta: Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por estrado de tus pies (Sal 110,1). Así, uno y el mismo es Dios y Padre, que fue anunciado por los profetas y transmitido por el Evangelio, al que los cristianos adoramos y amamos de todo corazón, Hacedor del cielo y de la tierra y de todo lo que hay en ellos.

Capítulo ii

Prueba por el Evangelio de Juan lo mismo que ya probó por los otros tres. Luego concluye que los Evangelios son cuatro, ni más ni menos, y aduce las razones místicas de este número.

1. Juan, el discípulo del Señor, anunciando esta fe, y queriendo con el anuncio del Evangelio quitar el error que había sido sembrado entre los hombres por Cerinto, y mucho antes por los que se llaman nicolaítas, que son un retoño de la falsamente llamada ciencia (1 Tim 6,20), para confundirlos y persuadirlos de que hay un solo Dios, que hizo todas las cosas por su Verbo; y no, como ellos dicen, que uno es el fabricador y otro el Padre del Señor; y que uno es el hijo del fabricador y otro, de los de arriba, Cristo, el cual, dicen, permaneció también impasible, descendiendo sobre Jesús, el hijo del fabricador, y volvió a volar a su Pleroma; y que el Principio es Monogenes, y Logos el verdadero hijo del Unigénito; y que esta creación que es la nuestra no fue hecha por el primer Dios, sino por algún Poder situado muy abajo, y separado de la comunicación con las cosas que son invisibles e innombrables. El discípulo del Señor, pues, queriendo cancelar todas estas cosas, y establecer en la Iglesia la regla de la verdad, que hay un solo Dios omnipotente, que hizo todas las cosas por su Verbo, tanto las visibles como las invisibles; significando también que por el Verbo, por el cual Dios perfeccionó la creación, en él también concedió la salvación a los hombres, a los que están en la creación; comenzó así en la enseñanza que es según el Evangelio: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios: este estaba en el principio junto a Dios. Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo.

Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. » In omnibus ergo est et haec, quae secundum nos est, conditio: non enim concedetur eis, omnia dici ea, quae sunt infra Pleroma ipsorum. Si enim et haec Pleroma ipsorum continet, non extra est tanta ista conditio, quemadmodum ostendimus in eo libro qui ante hunc est; si autem extra Pleroma sunt haec, quod quidem impossibile visum est, jam non est omnia Pleroma ipsorum: non est ergo extra haec tanta conditio.

2. Abstulit autem a nobis dissensiones omnes ipse Joannes, dicens: « In hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In sua propria venit, et sui eum non receperunt, » Secundum autem Marcionem, et eos qui similes sunt ei, neque mundus per eum factus est, neque in sua venit, sed in aliena. Secundum autem quosdam Gnosticorum, ab angelis factus est iste mundus, et non per Verbum Dei. Secundum autem eos, qui sunt a Valentino, iterum non per eum factus est, sed per Demiurgum. Hic enim operabatur similitudines tales fieri, ad imitationem eorum quae sunt sursum, quemadmodum dicunt: Demiurgus autem perficiebat fabricationem conditionis. Emissum enim dicunt eum a Matre Dominum, et Demiurgum ejus dispositionis, quae est secundum conditionem, per quem hunc mundum factum volunt: cum Evangelium manifeste dicat, quoniam per Verbum, quod in principio erat apud Deum, omnia sunt facta: quod « Verbum, inquit, caro factum est, et inhabitavit in nobis. »

3. Secundum autem illos, neque Verbum caro factum est, neque Christus, neque qui ex omnibus factus est, Salvator. Etenim Verbum et Christum nec advenisse in hunc mundum volunt: Salvatorem vero non incarnatum, neque passum; descendisse autem quasi columbam in eum Jesum, qui factus esset ex dispositione, et cum annuntiasset incognitum Patrem, iterum ascendisse in Pleroma. Incarnatum autem et passum quidam quidem eum, qui ex dispositione sit, dicunt Jesum, quem per Mariam dicunt pertransisse, quasi aquam per tubum; alii vero Demiurgi filium, in quem descendisse eum Jesum, qui ex dispositione sit: alii rursum Jesum quidem ex Joseph et Maria natum dicunt, et in hunc descendisse Christum, qui de superioribus sit, sine carne et impassibilem exsistentem. Secundum autem nullam sententiam haereticorum, Verbum Dei caro factum est. Si enim quis regulas ipsorum omnium perscrutetur, inveniet quoniam sine carne, et impassibilis ab omnibus illis inducitur Dei Verbum, et qui est in superioribus Christus. Alii enim putant manifestatum eum, quemadmodum hominem transfiguratum; neque autem natum, neque incarnatum dicunt illum; alii vero neque figuram eum assumpsisse hominis; sed quemadmodum columbam descendisse in eum Jesum, qui natus est ex Maria. Omnes igitur illos falsos testes ostendens discipulus Domini, ait: « Et Verbum caro factum est, et inhabitavit in nobis. »

Lo que fue hecho, en él era vida, y la vida era la luz de los hombres, y la luz brilla en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron. Todas las cosas, dice, fueron hechas por él (Jn 1,1-5). Entre todas las cosas, pues, está también esta creación que es la nuestra: porque no se les concederá que se llame todas las cosas a las que están por debajo de su Pleroma. Porque si su Pleroma contiene también estas cosas, esta tan grande creación no está fuera, como hemos mostrado en el libro anterior a este; pero si estas cosas están fuera del Pleroma, lo cual se ha visto que es imposible, su Pleroma ya no es todas las cosas: no está, pues, fuera esta tan grande creación.

2. Y el mismo Juan nos quitó todas las disputas, diciendo: Estaba en este mundo, y el mundo fue hecho por él, y el mundo no lo conoció. Vino a lo suyo, y los suyos no lo recibieron (Jn 1,10-11). Pero según Marción y los que son semejantes a él, ni el mundo fue hecho por él, ni vino a lo suyo, sino a lo ajeno. Y según algunos de los gnósticos, este mundo fue hecho por ángeles, y no por el Verbo de Dios. Y según los que proceden de Valentín, a su vez, no fue hecho por él, sino por el Demiurgo. Porque él, según dicen, obraba para que se hicieran tales semejanzas, a imitación de las cosas que están arriba; y el Demiurgo llevaba a término la fabricación de la creación. Porque dicen que él fue emitido por la Madre como Señor, y Demiurgo de aquella disposición que es según la creación, por medio del cual pretenden que fue hecho este mundo: mientras que el Evangelio dice claramente que todas las cosas fueron hechas por el Verbo, que en el principio estaba junto a Dios: el cual Verbo, dice, se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14).

3. Pero según ellos, ni el Verbo se hizo carne, ni Cristo, ni el Salvador que fue hecho de todos. Porque pretenden que el Verbo y Cristo ni siquiera vinieron a este mundo; y que el Salvador no se encarnó ni padeció, sino que descendió como una paloma sobre aquel Jesús que había sido hecho de la disposición, y, habiendo anunciado al Padre desconocido, subió de nuevo al Pleroma. Unos dicen que se encarnó y padeció aquel que es de la disposición, Jesús, el cual, dicen, pasó a través de María como el agua a través de un tubo; otros, que el hijo del Demiurgo, sobre el cual descendió aquel Jesús que es de la disposición; otros a su vez dicen que Jesús nació de José y de María, y que sobre él descendió el Cristo que es de los de arriba, siendo sin carne e impasible. Pero según ninguna doctrina de los herejes se hizo carne el Verbo de Dios. Porque si alguno examina las reglas de todos ellos, hallará que el Verbo de Dios, y el Cristo que está en las regiones de arriba, es presentado por todos ellos como sin carne e impasible. Porque unos piensan que se manifestó como un hombre transfigurado, pero dicen que ni nació ni se encarnó; y otros, que ni siquiera tomó la figura de hombre, sino que descendió como una paloma sobre aquel Jesús que nació de María. Mostrando, pues, que todos ellos son falsos testigos, dice el discípulo del Señor: Y el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14).

4. Et ut non inquiramus, cujus Dei Verbum caro factum est, ipse insuper docet, dicens: « Fuit homo missus a Deo; erat ei nomen Joannes: hic venit in testimonium, ut testaretur de lumine. Non erat ipse lumen, sed ut testaretur de lumine. » Praecursor igitur Joannes, qui testatur de lumine, a quo Deo missus est? Utique ab eo, cujus Gabriel est angelus, qui etiam evangelizavit generationem ejus: qui et per prophetas promisit angelum suum missurum ante faciem Filii sui, et praeparaturum viam ejus, hoc est, testificaturum de lumine, « in spiritu et virtute Eliae. » Elias autem rursus cujus Dei servus et propheta fuit? ejus qui fecit coelum et terram, quemadmodum et ipse confitetur. A conditore igitur et fabricatore hujus mundi missus Joannes, quemadmodum poterat testificari de eo lumine, quod ex his quae sunt innominabilia et invisibilia descenderit? Omnes enim haeretici decreverunt Demiurgum ignorare eam quae sit super eum Virtutem, cujus testis et ostensor invenitur Joannes. Propter hoc Dominus « plus quam prophetam » dixit eum habuisse. Reliqui enim omnes prophetae annuntiaverunt adventum paterni luminis; concupierunt autem digni esse videre eum quem praedicabant: Joannes autem et praenuntiavit similiter sicut alii, et advenientem vidit, et demonstravit, et credere in eum suasit multis, ita ut ipse et prophetae et apostoli locum habuerit. Hic est enim plus quam propheta; quoniam « primo apostoli, secundo prophetae; » omnia autem ex uno et eodem ipso Deo.

5. Bonum enim et illud quod per conditionem a Deo in vinea factum est, et primo bibitum est vinum. Nemo enim illud vituperavit ex his qui biberunt; sed et Dominus accepit de eo: melius autem quod per Verbum compendialiter ac simpliciter ex aqua ad usum eorum, qui ad nuptias convocati erant, factum est vinum. Quamvis enim possit Dominus ex nullo subjacente eorum quae sunt conditionis, praebere epulantibus vinum, et esca complere esurientes, hoc quidem non fecit: accipiens autem eos qui a terra essent panes, et gratias agens, et iterum aquam faciens vinum, saturavit eos qui recumbebant, et potavit eos qui invitati erant ad nuptias: ostendens quoniam Deus, qui fecit terram, et jussit eam fructus ferre, et constituit aquas, et edidit fontes, hic et benedictionem escae, et gratiam potus, in novissimis temporibus per Filium suum donat humano generi, incomprehensibilis per comprehensibilem, et invisibilis per visibilem; cum extra eum non sit, sed in sinu Patris exsistat.

4. Y para que no indaguemos de qué Dios es el Verbo que se hizo carne, él mismo nos enseña además, diciendo: Hubo un hombre enviado por Dios, cuyo nombre era Juan: este vino como testimonio, para dar testimonio de la luz. No era él la luz, sino que vino para dar testimonio de la luz (Jn 1,6-8). Juan el Precursor, pues, que da testimonio de la luz, ¿por qué Dios fue enviado? Sin duda por aquel cuyo ángel es Gabriel, que también anunció la buena nueva de su generación: el cual también prometió por medio de los profetas que enviaría a su ángel delante del rostro de su Hijo, y que este prepararía su camino, es decir, daría testimonio de la luz, en el espíritu y el poder de Elías. Y Elías, a su vez, ¿de qué Dios fue siervo y profeta? De aquel que hizo el cielo y la tierra, como él mismo también confiesa. Enviado, pues, Juan por el Creador y Fabricador de este mundo, ¿cómo podía dar testimonio de aquella luz que descendió de las cosas que son innombrables e invisibles? Porque todos los herejes han decretado que el Demiurgo ignoraba aquel Poder que está por encima de él, del cual se halla que Juan es testigo y mostrador. Por eso dijo el Señor que él tenía más que un profeta. Porque todos los demás profetas anunciaron la venida de la luz paterna, y desearon ser dignos de ver a aquel a quien predicaban; pero Juan lo preanunció como los otros, y lo vio cuando vino, y lo mostró, y persuadió a muchos a creer en él, de modo que él mismo tuvo el lugar de los profetas y de los apóstoles. Porque esto es más que un profeta; puesto que primero apóstoles, segundo profetas (1 Cor 12,28); pero todo de uno y el mismo Dios.

5. Porque bueno era también aquel vino que fue hecho por Dios en la viña por medio de la creación, y fue bebido primero. Porque ninguno de los que lo bebieron lo censuró; y también el Señor tomó de él: pero mejor fue el vino que fue hecho por el Verbo, en compendio y sencillamente, del agua, para uso de los que habían sido convidados a las bodas. Porque aunque el Señor podía, sin ninguna materia subyacente de las cosas que son de la creación, proporcionar vino a los comensales y saciar de alimento a los hambrientos, no lo hizo así: sino que, tomando los panes que venían de la tierra y dando gracias, y de nuevo haciendo del agua vino, sació a los que estaban recostados y dio de beber a los que habían sido invitados a las bodas: mostrando que el Dios que hizo la tierra y le mandó dar fruto, y estableció las aguas y produjo las fuentes, ese mismo es el que en los últimos tiempos concede al género humano, por medio de su Hijo, la bendición del alimento y la gracia de la bebida, el incomprensible por el comprensible, y el invisible por el visible; puesto que no está fuera de él, sino que existe en el seno del Padre.

6. « Deum enim, inquit, nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius Dei, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. » Patrem enim invisibilem exsistentem ille, qui in sinu ejus est, Filius omnibus enarrat. Propter hoc cognoscunt eum hi, quibus revelaverit Filius: et iterum Pater per Filium, Filii sui dat agnitionem his qui diligunt eum. A quo et Nathanael discens cognovit, cui et testimonium reddidit Dominus, quoniam « verus Israelita est, in quo dolus non est. » Cognovit Israelites suum regem; et ait ei: « Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Israel. » A quo et Petrus edoctus, cognovit Christum Filium Dei vivi, dicentis: « Ecce Filius meus dilectissimus, in quo bene sensi: ponam Spiritum meum super eum, et judicium gentibus annuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque quisquam audiet vocem ejus in plateis: calamum quassatum non confringet, et linum fumigans non exstinguet, usquequo emittat in contentionem judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt. »

7. Et haec quidem sunt principia Evangelii, unum Deum fabricatorem hujus universitatis, eum qui et per prophetas sit annuntiatus, et qui per Moysem legis dispositionem fecerit, Patrem Domini nostri Jesu Christi annuntiantia, et praeter hunc alterum Deum nescientia, neque alterum Patrem. Tanta est autem circa Evangelia haec firmitas, ut et ipsi haeretici testimonium reddant eis, et ex ipsis egrediens unusquisque eorum conetur suam confirmare doctrinam. Ebionei etenim eo Evangelio, quod est secundum Matthaeum, solo utentes, ex illo ipso convincuntur, non recte praesumentes de Domino. Marcion autem id quod est secundum Lucam circumcidens, ex his quae adhuc servantur penes eum, blasphemus in solum exsistentem Deum ostenditur. Qui autem Jesum separant a Christo, et impassibilem perseverasse Christum, passum vero Jesum dicunt, id quod secundum Marcum est praeferentes Evangelium; cum amore veritatis legentes illud, corrigi possunt. Hi autem qui a Valentino sunt, eo quod est secundum Joannem plenissime utentes, ad ostensionem conjugationum suarum; ex ipso detegentur nihil recte dicentes, quemadmodum ostendimus in primo libro. Cum ergo hi, qui contradicunt, nobis testimonium perhibeant, et utantur his, firma et vera est nostra de illis ostensio.

8. Neque autem plura numero quam haec sunt, neque rursus pauciora capit esse Evangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt in quo sumus, et quatuor principales spiritus, et disseminata est Ecclesia super omnem terram, columna autem et firmamentum Ecclesiae est Evangelium et spiritus vitae; consequens est, quatuor habere eam columnas, undique flantes incorruptibilitatem, et vivificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex Verbum, qui sedet super cherubim, et continet omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Evangelium, quod uno spiritu continetur.

6. Porque a Dios, dice, nadie lo ha visto jamás, sino el Hijo unigénito de Dios, que está en el seno del Padre; él lo ha dado a conocer (Jn 1,18). Porque al Padre, que es invisible, lo da a conocer a todos aquel que está en su seno, el Hijo. Por eso lo conocen aquellos a quienes el Hijo lo ha revelado: y a su vez el Padre, por medio del Hijo, da el conocimiento de su Hijo a los que lo aman. Aprendiendo de él, también Natanael conoció, al cual también el Señor dio testimonio de que es un verdadero israelita, en quien no hay engaño (Jn 1,47). El israelita reconoció a su rey, y le dijo: Rabí, tú eres el Hijo de Dios, tú eres el rey de Israel (Jn 1,49). Enseñado por él, también Pedro conoció a Cristo, el Hijo de Dios vivo, por aquel que dice: He aquí mi Hijo amadísimo, en quien me he complacido: pondré mi Espíritu sobre él, y anunciará el juicio a las naciones. No disputará, ni gritará, ni nadie oirá su voz en las plazas: no quebrará la caña cascada, y no apagará la mecha humeante, hasta que lance el juicio a la contienda; y en su nombre esperarán las naciones (Mt 12,18-21).

7. Y estos son los comienzos del Evangelio, que anuncian un solo Dios, Fabricador de este universo, el mismo que fue anunciado por medio de los profetas, y que por medio de Moisés hizo la disposición de la Ley, el Padre de nuestro Señor Jesucristo, y que no conocen a otro Dios fuera de él, ni a otro Padre. Y tan grande es la firmeza en torno a estos Evangelios que los mismos herejes dan testimonio de ellos, y cada uno de ellos, partiendo de ellos, intenta confirmar su propia doctrina. Porque los ebionitas, usando solo el Evangelio que es según Mateo, son refutados por ese mismo, en cuanto no opinan rectamente acerca del Señor. Y Marción, recortando el que es según Lucas, se muestra, por lo que todavía conserva, blasfemo contra el único Dios existente. Y los que separan a Jesús de Cristo, y dicen que Cristo permaneció impasible y que Jesús padeció, prefiriendo el Evangelio que es según Marcos, pueden ser corregidos si lo leen con amor a la verdad. Y los que proceden de Valentín, usando con toda amplitud el que es según Juan para la demostración de sus emparejamientos, serán desenmascarados por él como gente que no dice nada rectamente, como hemos mostrado en el primer libro. Puesto que, pues, los que nos contradicen nos dan testimonio y usan estos, firme y verdadera es nuestra demostración a partir de ellos.

8. Pero no cabe que los Evangelios sean en número más de los que son, ni tampoco menos. Porque puesto que hay cuatro regiones del mundo en que estamos, y cuatro vientos principales, y la Iglesia está diseminada por toda la tierra, y columna y fundamento de la Iglesia es el Evangelio y el Espíritu de vida; es consecuente que ella tenga cuatro columnas, que de todas partes exhalan incorruptibilidad y vivifican a los hombres. De lo cual es manifiesto que el Verbo, Artífice de todas las cosas, que se sienta sobre los querubines y contiene todas las cosas, habiéndose manifestado a los hombres, nos dio el Evangelio cuadriforme, que está contenido por un solo Espíritu.

Quemadmodum et David postulans ejus adventum, ait: « Qui sedes super cherubim, appare. » Etenim cherubim quadriformia, et formae ipsorum imagines sunt dispositionis Filii Dei. « Primum enim animal, inquit, simile leoni, » efficabile ejus, et principale, et regale significans: « secundum vero simile vitulo, » sacrificalem et sacerdotalem ordinationem significans: « tertium vero habens faciem quasi humanam, » eum, qui est secundum hominem, adventum ejus manifeste describens: « quartum vero simile aquilae volantis, » Spiritus in Ecclesiam advolantis gratiam manifestans.

Et Evangelia igitur his consonantia, in quibus insidet Christus Jesus. Aliud enim illam, quae est a Patre, principalem, et efficabilem, et gloriosam generationem ejus enarrat, dicens sic: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; » et: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. » Propter hoc et omni fiducia plenum est Evangelium istud; talis est enim persona ejus. Id vero, quod est secundum Lucam, quoniam quidem sacerdotalis characteris est, a Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoavit. Jam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inventione minoris filii inciperet mactari. Matthaeus vero eam, quae est secundum hominem generationem ejus enarrat: « Liber, dicens, generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. » Et iterum: « Christi autem generatio sic erat. » Humanae formae igitur hoc Evangelium: propter hoc et per totum Evangelium humiliter sentiens, et mitis homo servatus est. Marcus vero a prophetico Spiritu, ex alto adveniente hominibus, initium fecit: « Initium, dicens, Evangelii, quemadmodum scriptum est in Isaia propheta; » volatilem et pennatam imaginem Evangelii monstrans: propter hoc et compendiosam et praecurrentem annuntiationem fecit: propheticus enim character est hic.

Et ipsum autem Verbum Dei, illis quidem qui ante Moysem fuerunt patriarchis, secundum divinitatem et gloriam colloquebatur: his vero qui in lege, sacerdotalem et ministerialem actum praebebat: post deinde nobis homo factus, munus coelestis Spiritus in omnem misit terram, protegens nos alis suis. Qualis igitur dispositio Filii Dei, talis et animalium forma: et qualis animalium forma, talis et character Evangelii. Quadriformia autem animalia, et quadriforme Evangelium, et quadriformis dispositio Domini. Et propter hoc quatuor data sunt testamenta humano generi: unum quidem ante cataclysmum sub Adam; secundum vero, post cataclysmum sub Noe; tertium vero legislatio sub Moyse; quartum vero, quod renovat hominem, et recapitulat in se omnia, quod est per Evangelium, elevans et pennigerans homines in coeleste regnum.

Como también David, pidiendo su venida, dice: Tú que te sientas sobre los querubines, muéstrate (Sal 80,2). Porque los querubines son cuadriformes, y sus formas son imágenes de la disposición del Hijo de Dios. Porque el primer ser viviente, dice, es semejante a un león, significando lo que hay en él de eficaz, de principal y de regio; el segundo, semejante a un becerro, significando su orden sacrificial y sacerdotal; el tercero tiene rostro como de hombre, describiendo claramente su venida según el hombre; el cuarto, semejante a un águila que vuela, manifestando la gracia del Espíritu que vuela sobre la Iglesia (Ap 4,7).

Y los Evangelios, pues, están en armonía con estos, sobre los cuales está sentado Cristo Jesús. Porque uno narra su generación principal, eficaz y gloriosa, la que es del Padre, diciendo así: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios (Jn 1,1); y: Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él nada se hizo (Jn 1,3). Por eso también este Evangelio está lleno de toda franqueza; porque tal es su rostro. El que es según Lucas, puesto que es de sello sacerdotal, comenzó por Zacarías, el sacerdote que sacrificaba a Dios. Porque ya se preparaba el becerro cebado, que había de ser sacrificado por el hallazgo del hijo menor. Y Mateo narra su generación según el hombre: Libro, dice, de la generación de Jesucristo, hijo de David, hijo de Abraham (Mt 1,1). Y otra vez: La generación de Cristo fue así (Mt 1,18). Este Evangelio es, pues, de forma humana: por eso también, a lo largo de todo el Evangelio, se le conserva como hombre de sentir humilde y manso. Y Marcos hizo su comienzo desde el Espíritu profético que viene de lo alto a los hombres: Comienzo, dice, del Evangelio, como está escrito en Isaías el profeta (Mc 1,1-2), mostrando la imagen alada y emplumada del Evangelio: por eso también hizo su anuncio breve y que corre delante: porque este es el sello profético.

Y el mismo Verbo de Dios conversaba con los patriarcas que fueron antes de Moisés según su divinidad y su gloria; a los que estaban bajo la Ley les ofrecía una acción sacerdotal y ministerial; y después, hecho hombre por nosotros, envió a toda la tierra el don del Espíritu celestial, protegiéndonos con sus alas. Cual es, pues, la disposición del Hijo de Dios, tal es también la forma de los seres vivientes; y cual es la forma de los seres vivientes, tal es también el sello del Evangelio. Cuadriformes son los seres vivientes, y cuadriforme el Evangelio, y cuadriforme la disposición del Señor. Y por esto fueron dados cuatro testamentos al género humano: uno antes del cataclismo, bajo Adán; el segundo después del cataclismo, bajo Noé; el tercero, la legislación, bajo Moisés; y el cuarto, que renueva al hombre y recapitula en sí mismo todas las cosas, el que es por el Evangelio, elevando a los hombres y dándoles alas hacia el reino celestial.

9. His igitur sic se habentibus, vani omnes, et indocti, et insuper audaces, qui frustrantur speciem Evangelii, et vel plures quam dictae sunt, vel rursus pauciores inferunt personas Evangelii: quidam ut plus videantur quam est veritatis adinvenisse: quidam vero, ut reprobent dispositiones Dei. Etenim Marcion totum rejiciens Evangelium; imo vere seipsum abscindens ab Evangelio, pariter gloriatur se habere Evangelium: alii vero ut donum Spiritus frustrentur, quod in novissimis temporibus secundum placitum Patris effusum est in humanum genus, illam speciem non admittunt, quae est secundum Joannis Evangelium, in qua Paracletum se missurum Dominus promisit; sed simul et Evangelium, et propheticum repellunt Spiritum. Infelices vere, qui pseudoprophetae quidem esse volunt; propheticam vero gratiam repellunt ab Ecclesia: similia patientes his qui propter eos qui in hypocrisi veniunt, etiam a fratrum communicatione se abstinent. Datur autem intelligi, quod hujusmodi neque apostolum Paulum recipiant. In ea enim Epistola quae est ad Corinthios, de propheticis charismatibus diligenter locutus est, et scit viros et mulieres in Ecclesia prophetantes. Per haec igitur omnia peccantes in Spiritum Dei, in irremissibile incidunt peccatum. Hi vero, qui sunt a Valentino, iterum exsistentes extra omnem timorem, suas conscriptiones proferentes, plura habere gloriantur, quam sint ipsa Evangelia. Siquidem in tantum processerunt audaciae, uti quod ab his non olim conscriptum est, veritatis Evangelium titulent, in nihilo conveniens apostolorum Evangeliis, ut nec Evangelium quidem sit apud eos sine blasphemia. Si enim quod ab eis profertur, veritatis est Evangelium, dissimile est autem hoc illis, quae ab apostolis tradita sunt; qui volunt, possunt discere, quemadmodum ex ipsis Scripturis ostenditur, jam non esse id quod ab apostolis traditum est, veritatis Evangelium. Quoniam autem sola illa vera et firma, et non capit neque plura, praeterquam praedicta sunt, neque pauciora esse Evangelia, per tot et tanta ostendimus. Etenim cum omnia composita et apta Deus fecerit, oportebat et speciem Evangelii bene compositam, et bene compaginatam esse. Examinata igitur sententia eorum qui nobis tradiderunt Evangelium, ex ipsis principiis ipsorum, veniamus et ad reliquos apostolos, et perquiramus sententiam eorum de Deo: post deinde, ipsos Domini sermones audiamus.

Caput XII

Quae sit reliquorum apostolorum doctrina.

9. Siendo así estas cosas, vanos son, pues, todos, e indoctos, y además audaces, los que anulan la forma del Evangelio, e introducen o más rostros del Evangelio de los que se han dicho, o por el contrario menos: unos, para parecer que han inventado más de lo que hay de verdad; otros, para rechazar las disposiciones de Dios. Porque Marción, rechazando todo el Evangelio, o más bien separándose verdaderamente a sí mismo del Evangelio, se jacta igualmente de tener el Evangelio; y otros, para rechazar el don del Espíritu, que en los últimos tiempos fue derramado sobre el género humano según el beneplácito del Padre, no admiten aquella forma que es según el Evangelio de Juan, en el cual el Señor prometió que enviaría al Paráclito; sino que rechazan a la vez el Evangelio y el Espíritu profético. Desdichados en verdad los que quieren ser falsos profetas, pero rechazan de la Iglesia la gracia profética: padeciendo lo mismo que aquellos que, a causa de los que vienen con hipocresía, se abstienen incluso de la comunicación con los hermanos. Y se da a entender que los de esta clase tampoco reciben al apóstol Pablo. Porque en la Epístola que es a los corintios habló cuidadosamente de los carismas proféticos, y sabe de varones y mujeres que profetizan en la Iglesia. Pecando, pues, por todas estas cosas contra el Espíritu de Dios, caen en el pecado irremisible. Y los que proceden de Valentín, a su vez, estando fuera de todo temor, presentando sus propios escritos, se jactan de tener más de lo que son los Evangelios mismos. Pues han llegado a tal grado de audacia que titulan Evangelio de la Verdad lo que fue escrito por ellos no hace mucho, aunque en nada concuerda con los Evangelios de los apóstoles, de modo que ni siquiera el Evangelio está entre ellos sin blasfemia. Porque si lo que ellos presentan es el Evangelio de la Verdad, y esto es desemejante de los que fueron transmitidos por los apóstoles, pueden aprender los que quieran, como se muestra por las Escrituras mismas, que lo transmitido por los apóstoles ya no es el Evangelio de la Verdad. Pero que solo aquellos son verdaderos y firmes, y que no cabe que los Evangelios sean más de los que se han dicho, ni menos, lo hemos mostrado con tantas y tan grandes razones. Porque como Dios hizo todas las cosas ordenadas y ajustadas, convenía también que la forma del Evangelio estuviera bien compuesta y bien trabada. Examinada, pues, la doctrina de los que nos transmitieron el Evangelio, a partir de sus mismos comienzos, vengamos también a los demás apóstoles, e indaguemos su doctrina acerca de Dios; y después, escuchemos las palabras mismas del Señor.

Capítulo 12

Cuál es la doctrina de los demás apóstoles.

1. Petrus igitur apostolus post resurrectionem Domini, et assumptionem in coelos, volens adimplere duodecim apostolorum numerum, et allegere pro Juda alterum, qui electus esset a Deo, ex his qui aderant, dixit: « Viri fratres, oportebat impleri Scripturam hanc, quam praedixit Spiritus sanctus ore David de Juda, qui factus est dux his qui apprehenderunt Jesum, quoniam annumeratus fuit inter nos: Fiat habitatio ejus deserta, et non sit qui inhabitet in ea, et episcopatum ejus accipiat alter: » adimpletionem apostolorum ex his quae a David dicta sunt, faciens. Rursus cum Spiritus sanctus descendisset in discipulos, uti omnes prophetarent, et loquerentur linguis, et quidam irriderent eos, quasi a musto ebrios, dixit Petrus, non ebrios quidem illos esse, cum sit hora tertia diei; esse autem hoc quod dictum est per prophetam: « Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo in omnem carnem, et prophetabunt. » Deus igitur, qui per prophetam, promisit missurum se Spiritum suum in humanum genus, ipse et misit ei: et ipse Deus a Petro annuntiatur, suam promissionem adimplesse.

2. « Viri » enim, inquit Petrus, « Israelitae, audite sermones meos: Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis virtutibus, et prodigiis, et signis, quae fecit per ipsum Deus in medio vestrum, quemadmodum ipsi scitis: hunc definito consilio, et praescientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interfecistis: quem Deus excitavit, solutis doloribus inferorum, quoniam non erat possibile teneri eum ab eis. David enim dicit in ipsum: Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris meis est, ne movear. Propter hoc laetatum est cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. » Dehinc rursum fiducialiter illis dicit de patriarcha David, quoniam mortuus est, et sepultus, et sepulcrum ejus sit apud eos usque in hunc diem. « Propheta autem, inquit, cum esset, et sciret quoniam jurejurando ei juravit Deus, de fructu ventris ejus sedere in throno ejus; providens locutus est de resurrectione Christi, quoniam neque derelictus est apud inferos, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc Jesum, inquit, excitavit Deus, cujus nos omnes sumus testes: qui dextera Dei exaltatus, repromissionem sancti Spiritus accipiens a Patre, effudit donationem hanc, quam vos nunc videtis, et auditis. Non enim David ascendit in coelos; dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quoniam et Dominum eum, et Christum Deus fecit hunc Jesum, quem vos crucifixistis. » Cum dixissent igitur turbae: « Quid ergo faciemus? »

1. El apóstol Pedro, pues, después de la resurrección del Señor y de su elevación a los cielos, queriendo completar el número de los doce apóstoles y elegir a otro en lugar de Judas, uno que fuera escogido por Dios, de entre los que estaban presentes, dijo: Varones hermanos, era necesario que se cumpliera esta Escritura que el Espíritu Santo predijo por boca de David acerca de Judas, que se hizo guía de los que prendieron a Jesús, porque era contado entre nosotros: Quede desierta su morada, y no haya quien habite en ella; y otro reciba su episcopado (Hch 1,16-17.20; Sal 69,26; 109,8): completando así el número de los apóstoles según lo que había dicho David. De nuevo, cuando el Espíritu Santo hubo descendido sobre los discípulos, de modo que todos profetizaban y hablaban en lenguas, y algunos se burlaban de ellos como de borrachos de mosto, Pedro dijo que no estaban borrachos, pues era la hora tercera del día, sino que esto era lo dicho por el profeta: Sucederá en los últimos días, dice el Señor, que derramaré de mi Espíritu sobre toda carne, y profetizarán (Hch 2,17; Jl 3,1). Así pues, el Dios que por el profeta prometió que enviaría su Espíritu sobre el género humano es el mismo que también lo envió; y es Dios mismo a quien Pedro anuncia como el que cumplió su promesa.

2. Porque dice Pedro: Varones israelitas, escuchad mis palabras: a Jesús Nazareno, varón acreditado por Dios entre vosotros con prodigios, maravillas y señales que Dios hizo por medio de él en medio de vosotros, como vosotros mismos sabéis, a este, entregado por el designio determinado y la presciencia de Dios, lo matasteis clavándolo por manos de inicuos; al cual Dios resucitó, desatados los dolores de los infiernos, porque no era posible que fuera retenido por ellos (Hch 2,22-24). Porque David dice de él: Veía de antemano al Señor siempre delante de mí, porque está a mi derecha para que no vacile. Por eso se alegró mi corazón y exultó mi lengua; y además mi carne descansará en la esperanza. Porque no abandonarás mi alma en el infierno, ni darás a tu santo ver la corrupción (Hch 2,25-27; Sal 16,8-10). Luego, de nuevo, les habla con franqueza del patriarca David: que murió y fue sepultado, y que su sepulcro está entre ellos hasta el día de hoy. Pero siendo profeta, dice, y sabiendo que Dios le había jurado con juramento que del fruto de su vientre uno se sentaría sobre su trono, habló previéndolo de la resurrección de Cristo: que ni fue abandonado en los infiernos, ni su carne vio la corrupción (Hch 2,30-31; Sal 132,11). A este Jesús, dice, lo resucitó Dios, de lo cual todos nosotros somos testigos: exaltado por la diestra de Dios y recibiendo del Padre la promesa del Espíritu Santo, ha derramado este don que vosotros ahora veis y oís (Hch 2,32-33). Porque David no subió a los cielos; pero él mismo dice: Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha, hasta que ponga a tus enemigos por estrado de tus pies (Hch 2,34-35; Sal 110,1). Sepa, pues, con toda certeza toda la casa de Israel que Dios ha hecho Señor y Cristo a este Jesús a quien vosotros crucificasteis (Hch 2,36). Y cuando las multitudes dijeron: ¿Qué haremos, pues? (Hch 2,37)

Petrus ad eos ait: « Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu, in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti. » Sic non alium Deum, nec aliam plenitudinem annuntiabant apostoli; nec alterum quidem passum et resurgentem Christum, alterum vero qui sursum volaverit, et impassibilis perseveraverit; sed unum et eumdem Deum Patrem, et Christum Jesum, qui a mortuis resurrexit; et eam, quae in eum est, fidem annuntiabant his qui non credebant in Filium Dei; et ex prophetis cohortabantur eos, quoniam eum, quem promisit se Deus missurum Christum, misit Jesum, quem ipsi crucifixerunt, quem Deus excitavit.

3. Rursus cum Petrus simul cum Joanne vidisset eum, qui a nativitate claudus erat, ante portam templi, quae dicitur speciosa, sedentem et petentem eleemosynam, dixit ei: « Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. Et statim ejus confirmati sunt gressus, et plantae, et ambulabat, et introivit cum ipsis in templum, ambulans, et saliens, et glorificans Deum. »

Multitudine autem universa collecta ad eos propter inopinatum factum, Petrus dixit eis: « Viri Israelitae, quid miramini in hoc, et nos quid intuemini, quasi nostra virtute fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum, glorificavit Filium suum, quem vos quidem tradidistis in judicium, et negastis ante faciem Pilati, cum remittere eum vellet. Vos autem sanctum et justum aggravastis, et petistis virum homicidam donari vobis; ducem autem vitae occidistis, quem Deus excitavit a mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus hunc quem videtis et scitis, confirmavit nomen ejus, et fides, quae est per ipsum, dedit ei incolumitatem coram vobis omnibus. Et nunc, fratres, scio quoniam secundum ignorantiam fecistis nequam. Deus autem quae praedixit ore omnium prophetarum, pati Christum suum, adimplevit. Poenitentiam igitur agite, et convertimini, uti deleantur peccata vestra, et veniant vobis tempora refrigerii a facie Domini, et mittat praeparatum vobis Jesum Christum, quem oportet quidem coelum suscipere usque ad tempora dispositionis omnium, quae locutus est Deus per sanctos prophetas suos. Moyses quidem dicit ad patres nostros: Quoniam prophetam excitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, quemadmodum me; ipsum audietis in omnibus quaecunque locutus fuerit ad vos. Erit autem: Omnis anima quaecunque non audierit prophetam illum, peribit de populo. Et omnes a Samuel et deinceps, quotquot locuti sunt, et annuntiaverunt dies istos. Vos estis filii prophetarum, et testamenti quod Deus disposuit ad patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes tribus terrae.

Pedro les dijo: Haced penitencia, y bautícese cada uno de vosotros en el nombre de Jesús para la remisión de los pecados, y recibiréis el don del Espíritu Santo (Hch 2,38). Así, los apóstoles no anunciaban a otro Dios ni otra Plenitud; ni a un Cristo que padeció y resucitó y a otro que voló hacia lo alto y permaneció impasible; sino a uno y el mismo Dios Padre, y a Cristo Jesús, que resucitó de entre los muertos; y anunciaban la fe en él a los que no creían en el Hijo de Dios; y por los profetas los exhortaban, mostrándoles que aquel a quien Dios había prometido enviar como Cristo lo había enviado: Jesús, a quien ellos mismos crucificaron, a quien Dios resucitó.

3. De nuevo, cuando Pedro, junto con Juan, vio al que era cojo de nacimiento sentado ante la puerta del templo llamada Hermosa y pidiendo limosna, le dijo: No tengo plata ni oro; pero lo que tengo, esto te doy: En el nombre de Jesucristo Nazareno, levántate y anda. Y al instante se afirmaron sus pasos y sus plantas, y andaba, y entró con ellos en el templo, andando y saltando y glorificando a Dios (Hch 3,6-8).

Reunida junto a ellos toda la multitud a causa del hecho inesperado, Pedro les dijo: Varones israelitas, ¿por qué os maravilláis de esto, y por qué nos miráis a nosotros, como si por nuestro propio poder hubiéramos hecho andar a este? (Hch 3,12) El Dios de Abraham, el Dios de Isaac y el Dios de Jacob, el Dios de nuestros padres, glorificó a su Hijo, a quien vosotros entregasteis a juicio y negasteis ante el rostro de Pilato, cuando él quería soltarlo. Pero vosotros oprimisteis al santo y justo, y pedisteis que se os concediera un homicida; y matasteis al príncipe de la vida, a quien Dios resucitó de entre los muertos, de lo cual nosotros somos testigos. Y por la fe en su nombre, a este que veis y conocéis lo ha fortalecido su nombre, y la fe que es por él le ha dado esta integridad en presencia de todos vosotros (Hch 3,13-16). Y ahora, hermanos, sé que por ignorancia obrasteis mal. Pero Dios ha cumplido lo que predijo por boca de todos los profetas: que su Cristo había de padecer. Haced, pues, penitencia y convertíos, para que sean borrados vuestros pecados, y vengan para vosotros tiempos de refrigerio de parte del Señor, y él os envíe a Jesucristo, que os ha sido preparado, al cual el cielo debe recibir hasta los tiempos de la disposición de todas las cosas, de las que habló Dios por sus santos profetas (Hch 3,17-21). Moisés, en efecto, dice a nuestros padres: El Señor vuestro Dios os suscitará un profeta de entre vuestros hermanos, como a mí; a él escucharéis en todo lo que os diga (Hch 3,22; Dt 18,15). Y sucederá: Toda alma que no escuche a aquel profeta perecerá de en medio del pueblo (Hch 3,23). Y todos, desde Samuel en adelante, cuantos hablaron, anunciaron también estos días (Hch 3,24). Vosotros sois los hijos de los profetas y del testamento que Dios dispuso para nuestros padres, diciendo a Abraham: Y en tu simiente serán benditas todas las tribus de la tierra (Hch 3,25; Gn 22,18).

Vobis primum Deus excitans Filium suum misit benedicentem vos, ut convertat se unusquisque a nequitiis suis. » Manifestam ergo praeconationem Petrus cum Joanne praeconavit eis, repromissionem, quam fecit Deus patribus, per Jesum adimpletam evangelizans: non quidem alterum Deum annuntians, sed Filium Dei, qui et homo factus est, et passus, in agnitionem adducens Israel; et in Jesu resurrectionem, quae est a mortuis, annuntians, et significans, quoniam omnia, quae prophetae annuntiaverunt de passione Christi, haec adimplevit Deus.

4. Propter quod rursus convocatis principibus sacerdotum, fiducialiter Petrus dixit ad eos: « Principes populi, et seniores Israelitae, si nos hodie redarguimur a vobis in benefacto hominis infirmi, in quo hic salvatus est; cognitum sit omnibus vobis, et omni populo Israel, quoniam in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus excitavit a mortuis, in hoc hic astat in conspectu vestro sanus. Hic est lapis spretus a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli. Et non est aliud nomen sub coelo, quod datum sit hominibus, in quo oporteat salvari nos. » Sic apostoli non Deum mutabant, sed Christum annuntiabant populo esse Jesum qui crucifixus est, quem Deus excitavit. Qui prophetas misit, idem Deus excitavit, et salutem in eo dedit hominibus.

5. Confusi igitur et per curationem (« annorum enim, inquit Scriptura, plus quam xl, erat homo in quo factum est signum curationis ») et per doctrinam apostolorum et prophetarum expositionem, cum remisissent summi sacerdotes Petrum et Joannem, et reversi essent ad reliquos coapostolos, et discipulos Domini, id est in Ecclesiam, et enarrassent quae fuerant facta, et quemadmodum fiducialiter egissent in nomine Jesu: « Audientes, inquit, tota Ecclesia, unanimes extulerunt vocem ad Deum, et dixerunt: Domine, tu es Deus qui fecisti coelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt, qui per Spiritum sanctum ore David patris nostri, pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes congregati sunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus. Convenerunt enim vere in hac civitate adversus sanctum Filium tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus, cum gentibus et populis Israel, facere quaecunque manus tua, et voluntas tua praedestinaverat fieri. »

A vosotros primero, Dios, suscitando a su Hijo, lo envió para bendeciros, a fin de que cada uno se convierta de sus maldades (Hch 3,26). Pedro, pues, con Juan, les pregonó un pregón manifiesto, anunciándoles la buena nueva de que la promesa que Dios hizo a los padres se había cumplido por Jesús: no anunciando a otro Dios, sino al Hijo de Dios, que también se hizo hombre y padeció, y conduciendo a Israel al conocimiento; anunciando además en Jesús la resurrección de entre los muertos, y significando que todo lo que los profetas anunciaron acerca de la Pasión de Cristo, Dios lo había cumplido.

4. Por esto, convocados de nuevo los príncipes de los sacerdotes, Pedro les dijo con franqueza: Príncipes del pueblo y ancianos de Israel, si hoy somos interrogados por vosotros sobre el beneficio hecho a un hombre enfermo, por el cual este ha sido sanado, sea conocido de todos vosotros y de todo el pueblo de Israel que en el nombre de Jesucristo Nazareno, a quien vosotros crucificasteis, a quien Dios resucitó de entre los muertos, por él está este aquí sano en vuestra presencia (Hch 4,8-10). Esta es la piedra despreciada por vosotros, los constructores, que se ha convertido en cabeza del ángulo (Hch 4,11; Sal 118,22). Y no hay otro nombre bajo el cielo dado a los hombres en el cual debamos ser salvados (Hch 4,12). Así, los apóstoles no cambiaban de Dios, sino que anunciaban al pueblo que el Cristo era Jesús, el que fue crucificado, a quien Dios resucitó. El mismo Dios que envió a los profetas lo resucitó, y en él dio la salvación a los hombres.

5. Confundidos, pues, tanto por la curación (porque el hombre, dice la Escritura, en quien se había hecho la señal de la curación tenía más de cuarenta años (Hch 4,22)) como por la doctrina de los apóstoles y su exposición de los profetas, los sumos sacerdotes soltaron a Pedro y a Juan; y cuando estos volvieron a los demás coapóstoles y a los discípulos del Señor, es decir, a la iglesia, y contaron lo que había sucedido y con cuánta franqueza habían obrado en el nombre de Jesús, al oírlo, dice, toda la iglesia alzó unánime la voz a Dios y dijo: Señor, tú eres el Dios que hiciste el cielo y la tierra y el mar y todo lo que hay en ellos, que por el Espíritu Santo, por boca de David nuestro padre, tu siervo, dijiste: ¿Por qué se amotinaron las naciones, y los pueblos meditaron cosas vanas? (Hch 4,24-25; Sal 2,1) Se alzaron los reyes de la tierra, y los príncipes se congregaron a una contra el Señor y contra su Cristo (Hch 4,26; Sal 2,2). Porque verdaderamente se reunieron en esta ciudad contra tu santo Hijo Jesús, a quien ungiste, Herodes y Poncio Pilato, con las naciones y los pueblos de Israel, para hacer cuanto tu mano y tu voluntad habían predestinado que se hiciera (Hch 4,27-28).

Hae voces Ecclesiae ex qua habuit omnis Ecclesia initium: hae voces civitatis magnae, Novi Testamenti civium: hae voces apostolorum, hae voces discipulorum Domini, eorum qui post assumptionem Domini per Spiritum et perfecti exstiterunt, et invocaverunt Deum, qui fecit coelum et terram, et mare, qui per prophetas annuntiatus est, et ejus Filius Jesus, quem unxit Deus, et alterum autem nescientes. Non enim erat ibi tunc Valentinus, nec Marcion, nec reliqui sui, vel eorum qui assentiunt eis, eversores. Propter quod et exaudivit eos factor omnium Deus. « Commotus est enim, inquit, locus, in quo erant collecti, et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et loquebantur verbum Dei cum fiducia, » omni volenti credere. « Virtute enim magna, inquit, reddebant testimonium apostoli resurrectionis Domini Jesu, » dicentes ad eos: « Deus patrum nostrorum excitavit Jesum, quem vos apprehendistis, et interfecistis suspendentes in ligno. Hunc Deus principem, et Salvatorem exaltavit gloria sua, dare poenitentiam Israel, et remissionem peccatorum: et nos in eo testes sumus sermonum horum, et Spiritus sanctus, quem dedit Deus credentibus ei. Omni quoque die, inquit, in templo et in domo non cessabant docentes et evangelizantes Christum Jesum » Filium Dei. Haec enim erat salutis agnitio, quae perfectos ad Deum efficit eos, qui cognoscunt Filii ejus adventum.

6. Quoniam autem impudenter quidam eorum dicunt: Apud Judaeos praeconantes apostoli non poterant alterum eis Deum annuntiare, praeter eum, qui creditus fuerat ab ipsis; dicimus ad eos, quoniam si secundum olim insitam opinionem hominibus loquebantur apostoli, nemo ab his cognovit veritatem, multo autem prius a Domino; etenim ipsum sic locutum dicunt. Nec hi ergo ipsi veritatem sciunt, sed sententia eorum de Deo cum esset talis, exceperant doctrinam, quemadmodum audire poterant. Secundum hunc igitur sermonem apud neminem erit regula veritatis, sed omnes discipuli omnibus imputabunt, quoniam quemadmodum unusquisque sentiebat, et quemadmodum capiebat, sic et sermo ad eum factus est. Superfluus autem et inutilis adventus Domini parebit, si quidem venit permissurus, et servaturus uniuscujusque olim insitam de Deo opinionem. Adhuc etiam et multo durius erat, quem hominem viderant Judaei, et cruci affixerant, annuntiari hunc esse Christum Filium Dei, aeternum ipsorum regem. Non igitur jam secundum pristinam eorum opinionem loquebantur ad eos. Qui enim in faciem interfectores eos esse Domini dicebant, multo magis fiducialiter eum Patrem, qui super Demiurgum est, et ipsis annuntiarent, et non in quod putabat unusquisque; et multo minus erat peccatum, siquidem superiorem Salvatorem, ad quem ascendere eos oporteret, quoniam esset impassibilis, non affixissent cruci.

Estas son las voces de la iglesia de la que toda iglesia tuvo su comienzo; estas, las voces de la gran ciudad, de los ciudadanos del Nuevo Testamento; estas, las voces de los apóstoles; estas, las voces de los discípulos del Señor, de aquellos que después de la elevación del Señor fueron hechos perfectos por el Espíritu e invocaron a Dios, que hizo el cielo y la tierra y el mar, que fue anunciado por los profetas, y a su Hijo Jesús, a quien Dios ungió, sin conocer a otro. Porque no estaban allí entonces Valentín, ni Marción, ni los demás, subversores de sí mismos y de los que asienten con ellos. Por eso también los escuchó Dios, el Hacedor de todas las cosas. Porque se estremeció, dice, el lugar en que estaban reunidos, y todos fueron llenos del Espíritu Santo, y hablaban la palabra de Dios con franqueza (Hch 4,31) a todo el que quería creer. Porque con gran poder, dice, daban los apóstoles testimonio de la resurrección del Señor Jesús (Hch 4,33), diciéndoles: El Dios de nuestros padres resucitó a Jesús, a quien vosotros prendisteis y matasteis colgándolo de un madero. A este, Dios lo exaltó con su gloria como Príncipe y Salvador, para dar a Israel la penitencia y la remisión de los pecados; y nosotros somos en él testigos de estas palabras, y también el Espíritu Santo, que Dios ha dado a los que creen en él (Hch 5,30-32). Y cada día, dice, en el templo y en las casas no cesaban de enseñar y de anunciar la buena nueva de Cristo Jesús (Hch 5,42), el Hijo de Dios. Porque este era el conocimiento de la salvación, que hace perfectos para con Dios a los que conocen la venida de su Hijo.

6. Pero, puesto que algunos de ellos dicen desvergonzadamente: «Pregonando entre los judíos, los apóstoles no podían anunciarles otro Dios fuera de aquel en quien ellos habían creído», les decimos que, si los apóstoles hablaban a los hombres según la opinión implantada en ellos de antiguo, nadie conoció por ellos la verdad, y mucho menos por el Señor; pues dicen que también él habló de ese modo. Así pues, tampoco estos mismos conocen la verdad, sino que, siendo tal su mente acerca de Dios, recibieron la doctrina según podían oírla. Según este razonamiento, pues, la regla de la verdad no estará en nadie, sino que todos los discípulos lo imputarán a todos: que según pensaba cada uno y según podía contenerlo, así se le dirigió la palabra. Y la venida del Señor aparecerá superflua e inútil, si es que vino para permitir y conservar la opinión acerca de Dios implantada de antiguo en cada uno. Además, era mucho más duro anunciar que aquel hombre a quien los judíos habían visto y clavado en la cruz era el Cristo, el Hijo de Dios, su rey eterno. No les hablaban, pues, según su antigua opinión. Porque quienes les decían en la cara que eran los asesinos del Señor, con mucha más franqueza les habrían anunciado también al Padre que está por encima del Demiurgo, y no lo que cada uno pensaba; y mucho menor habría sido el pecado, si es que no habían clavado en la cruz a un Salvador superior, hacia el cual debían ascender, puesto que era impasible.

Quemadmodum enim gentibus non secundum sententiam illorum loquebantur, sed cum fiducia dicebant, quoniam dii ipsorum non essent dii, sed idola daemoniorum; simili modo et Judaeis annuntiassent, si alterum majorem et perfectiorem scissent Patrem, non adnutrientes, neque augentes eorum non veram de Deo opinionem. Ethnicorum autem solventes errorem, et auferentes eos a suis diis, non utique alterum eis inferebant errorem; sed auferentes eos qui non erant dii, eum, qui solus erat Deus et verus Pater, ostenderunt.

7. Ex verbis Petri igitur, quae fecit in Caesarea ad Cornelium centurionem, et eos qui cum eo erant gentiles, quibus primo enarratus est sermo Dei, cognoscendum est nobis, quae annuntiabant apostoli, et qualis fuit praedicatio ipsorum, et quam habuerunt de Deo sententiam. « Erat enim, inquit, Cornelius hic religiosus et timens Deum cum tota domo sua, et faciens eleemosynas multas in populo, et orans Deum semper. Vidit ergo, circa horam nonam diei, angelum Dei intrantem ad se, et dicentem: Eleemosynae tuae ascenderunt in recommemorationem in conspectu Dei. Propter quod mitte ad Simonem, qui vocatur Petrus. » Petrus autem cum vidisset revelationem, in qua respondit ad eum coelestis vox: « Quae Deus emundavit, tu ne commune dixeris; » hoc ideo, quoniam qui per legem inter munda et immunda distinxit Deus hic emundavit gentes per sanguinem Filii sui, quem et Cornelius colebat. Ad quem Petrus veniens dixit: « In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, et operatur justitiam, acceptabilis ei est. » Manifeste significans, quoniam quem antea Deum timebat Cornelius, quem per legem et prophetas audierat, propter quem et eleemosynas faciebat, hic in veritate est Deus. Deerat autem ei agnitio. Propter quod adjecit: « Vos scitis quod factum est verbum per omnem Judaeam: incipiens enim a Galilaea post baptismum, quod praedicavit Joannes: Jesum a Nazareth, quemadmodum unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute; ipse circuivit benefaciens et curans omnes qui oppressi erant a diabolo, quoniam Deus erat cum eo. Et nos testes sumus omnium eorum, quae fecit et in regione Judaeorum, et in Hierusalem: quem interfecerunt suspendentes in ligno. Hunc Deus excitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus nobis praedestinatis a Deo, qui cum eo et manducavimus, et bibimus post resurrectionem a mortuis. Et praecepit nobis annuntiare populo, et testificari, quoniam ipse est praedestinatus a Deo judex vivorum et mortuorum. Huic omnes prophetae testimonium reddunt remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnem credentem in eum. »

Porque, así como a las naciones no les hablaban según la opinión de ellas, sino que les decían con franqueza que sus dioses no eran dioses, sino ídolos de demonios, del mismo modo lo habrían anunciado también a los judíos, si hubieran conocido a otro Padre mayor y más perfecto, sin alimentar ni acrecentar su opinión no verdadera acerca de Dios. Y al disolver el error de los paganos y apartarlos de sus dioses, no les introducían ciertamente otro error; sino que, quitando a los que no eran dioses, mostraron al que era el único Dios y verdadero Padre.

7. Por las palabras de Pedro, pues, que pronunció en Cesarea ante el centurión Cornelio y los gentiles que estaban con él, a quienes por primera vez fue anunciada la palabra de Dios, hemos de conocer qué anunciaban los apóstoles, cuál fue su predicación y qué doctrina tenían acerca de Dios. Porque este Cornelio, dice, era piadoso y temeroso de Dios con toda su casa, y hacía muchas limosnas al pueblo, y oraba a Dios siempre. Vio, pues, hacia la hora nona del día, a un ángel de Dios que entraba donde él estaba y le decía: Tus limosnas han subido como recuerdo ante la presencia de Dios. Por eso, envía a buscar a Simón, llamado Pedro (Hch 10,2-5). Y cuando Pedro vio la revelación en la que la voz celestial le respondió: Lo que Dios ha purificado, no lo llames tú común (Hch 10,15), esto fue así porque el Dios que por la Ley había distinguido entre lo puro y lo impuro, el Dios a quien también Cornelio adoraba, es el que purificó a las naciones por la sangre de su Hijo. Y Pedro, llegando a él, dijo: En verdad he comprendido que Dios no hace acepción de personas, sino que en toda nación el que lo teme y obra la justicia le es grato (Hch 10,34-35). Con ello significaba claramente que el Dios a quien antes temía Cornelio, de quien había oído por la Ley y los Profetas, por cuya causa también hacía limosnas, es en verdad Dios. Pero le faltaba el conocimiento. Por eso añadió: Vosotros sabéis la palabra que se divulgó por toda Judea: porque, comenzando desde Galilea después del bautismo que predicó Juan, Jesús de Nazaret, cómo lo ungió Dios con el Espíritu Santo y con poder; él pasó haciendo el bien y sanando a todos los oprimidos por el diablo, porque Dios estaba con él. Y nosotros somos testigos de todo lo que hizo en la región de los judíos y en Jerusalén; al cual mataron colgándolo de un madero. A este, Dios lo resucitó al tercer día y le concedió manifestarse, no a todo el pueblo, sino a los testigos predestinados por Dios, a nosotros, que comimos y bebimos con él después de la resurrección de entre los muertos. Y nos mandó anunciar al pueblo y atestiguar que él es el predestinado por Dios como juez de vivos y muertos. De él dan testimonio todos los profetas: que todo el que cree en él recibe por su nombre la remisión de los pecados (Hch 10,37-43).

Filium ergo Dei, quem ignorabant homines, annuntiabant apostoli, et adventum ejus, his qui ante instructi erant de Deo; sed non alterum Deum inferebant. Si enim tale aliquid sciret Petrus, libere gentibus praedicasset, alterum quidem Judaeorum, alterum autem Christianorum esse Deum; qui quidem propter visionem angeli conterriti omnes, quodcunque eis dixisset, credidissent. Ex verbis autem Petri manifestum est, quoniam praecognitum quidem eis Deum custodivit; Filium autem Dei Jesum Christum esse testificatus est ipsis, judicem vivorum et mortuorum, in quem et baptizari eos jussit in remissionem peccatorum: et non tantum hoc, sed et Jesum ipsum esse Filium Dei testificatus est, qui et unctus Spiritu sancto, Jesus Christus dicitur. Et est hic idem ex Maria natus, quemadmodum Petri continet testificatio. An nunquid perfectam tunc cognitionem nondum habebat Petrus, quam postea adinvenerunt hi? Imperfectus igitur secundum hos Petrus, imperfecti autem et reliqui apostoli: et oportebit eos reviviscentes, horum fieri discipulos, ut et ipsi perfecti fiant. Sed hoc quidem ridiculum est. Arguuntur vero isti non quidem apostolorum, sed suae malae sententiae esse discipuli. Propter hoc autem et variae sententiae sunt uniuscujusque eorum, recipientis errorem quemadmodum capiebat. Ecclesia vero per universum mundum ab apostolis firmum habens initium, in una et eadem de Deo et de Filio ejus perseverat sententia.

8. Philippus autem rursus spadoni reginae Aethiopum revertenti a Hierosolymis, et legenti Isaiam prophetam, solus soli, quem annuntiavit? Nonne eum, de quo dixit propheta: « Tanquam ovis ad victimam ductus est, quemadmodum agnus ante tondentem se sine voce, sic non aperuit os? Nativitatem autem ejus quis enarrabit? quoniam tolletur a terra vita ejus. » Hunc esse Jesum, et impletam esse in eo Scripturam; quemadmodum ipse eunuchus credens, et statim postulans baptizari dicebat: « Credo Filium Dei esse Jesum. » Qui et missus est in regiones Aethiopiae, praedicaturus hoc quod ipse crediderat, Deum quidem unum per prophetas praedicatum; hujus vero Filium fecisse secundum hominem adventum, et ut ovem ad victimam ductum, et reliqua quaecunque prophetae dicunt de eo.

9. Paulus quoque et ipse, posteaquam de coelo locutus est ad eum Dominus, et ostendit quoniam suum Dominum persequeretur, persequens discipulos ejus, et misit Ananiam ad eum, ut iterum videret et baptizaretur: « In synagogis, ait, in Damasco praedicabat cum omni fiducia Jesum, quoniam hic est Christus Filius Dei. » Hoc est mysterium, quod dicit per revelationem manifestatum sibi, quoniam qui passus est sub Pontio Pilato, hic Dominus est omnium, et Rex, et Deus, et judex; ab eo qui est omnium Deus, accipiens potestatem, quoniam « subjectus factus est usque ad mortem, mortem autem crucis. »

Los apóstoles, pues, anunciaban al Hijo de Dios, a quien los hombres no conocían, y su venida, a los que ya habían sido instruidos acerca de Dios; pero no introducían a otro Dios. Porque, si Pedro hubiera sabido algo semejante, habría predicado libremente a las naciones que uno era el Dios de los judíos y otro el de los cristianos; y ellos, todos aterrados por la visión del ángel, habrían creído cualquier cosa que les hubiera dicho. Pero por las palabras de Pedro es manifiesto que conservó al Dios ya conocido de antemano por ellos; y les atestiguó que Jesucristo es el Hijo de Dios, el juez de vivos y muertos, en quien también les mandó bautizarse para la remisión de los pecados; y no solo esto, sino que atestiguó que Jesús mismo es el Hijo de Dios, el cual, habiendo sido también ungido con el Espíritu Santo, es llamado Jesucristo. Y este mismo es el que nació de María, como lo contiene el testimonio de Pedro. ¿O es que Pedro no tenía todavía entonces el conocimiento perfecto que estos inventaron después? Imperfecto, pues, según estos, era Pedro, e imperfectos también los demás apóstoles; y será necesario que, volviendo a la vida, se hagan discípulos de estos, para que también ellos lleguen a ser perfectos. Pero esto es ridículo. Estos, en cambio, quedan convictos de ser discípulos no de los apóstoles, sino de su propia mala doctrina. Y por esto también son varias las doctrinas de cada uno de ellos, pues cada cual recibió el error según podía contenerlo. La Iglesia, en cambio, extendida por todo el mundo, que tiene de los apóstoles su firme principio, persevera en una y la misma doctrina acerca de Dios y de su Hijo.

8. Felipe, a su vez, ¿a quién anunció al eunuco de la reina de los etíopes, que volvía de Jerusalén y leía al profeta Isaías, él solo a él solo? ¿No fue a aquel de quien dijo el profeta: Como oveja fue llevado al matadero, y como cordero ante el que lo trasquila, sin voz, así no abrió la boca? Pero ¿quién contará su nacimiento? Porque su vida será quitada de la tierra (Hch 8,32-33; Is 53,7-8). Que este era Jesús, y que en él se había cumplido la Escritura: como el mismo eunuco, creyendo y pidiendo al instante ser bautizado, decía: Creo que Jesús es el Hijo de Dios (Hch 8,37). Y él fue enviado también a las regiones de Etiopía para predicar lo que él mismo había creído: un solo Dios, predicado por los profetas, y que su Hijo había realizado su venida según el hombre y había sido llevado como oveja al matadero, y todo lo demás que de él dicen los profetas.

9. También Pablo, después de que el Señor le habló desde el cielo y le mostró que, persiguiendo a sus discípulos, perseguía a su propio Señor, y le envió a Ananías para que volviera a ver y fuera bautizado: En las sinagogas de Damasco, dice, predicaba con toda franqueza a Jesús: que este es el Cristo, el Hijo de Dios (Hch 9,20). Este es el misterio que dice que le fue manifestado por revelación: que el que padeció bajo Poncio Pilato es el Señor de todos, y Rey, y Dios, y juez, que recibe el poder de aquel que es el Dios de todos, porque se hizo sujeto hasta la muerte, y muerte de cruz (Flp 2,8).

Et quoniam hoc verum est, Atheniensibus evangelizans in Areopago, ubi Judaeis non assistentibus, licebat ei cum fiducia verum praedicare Deum, dixit eis: « Deus, qui fecit mundum, et omnia quae in eo sunt, hic coeli et terrae Dominus exsistens, non in manufactis templis inhabitat, nec a manibus humanis tractatur, tanquam alicujus indigens, cum ipse omnibus dederit vitam et spiritum, et omnia fecerit, qui fecit ex uno sanguine omne genus hominum inhabitare super faciem totius terrae, praefiniens tempora secundum determinationem inhabitationis eorum, quaerere illud quod est divinum, si quo modo tractare possint illud, aut invenire, quamvis etiam non longe sit ab unoquoque nostrum; in ipso enim vivimus, et movemur, et sumus; et quemadmodum quidam secundum vos dixerunt: Hujus enim et genus sumus. Genus igitur cum simus Dei, non oportet nos putare, id quod est divinum simile esse auro vel argento, vel lapidi per artem, vel concupiscentiam hominis deformato. Tempora ergo ignorantiae despiciens Deus, nunc praecepit hominibus omnibus ubique poeniteri in ipsum, quoniam constituit diem judicari orbem terrae in justitia, in viro Jesu, in quo statuit fidem, excitans eum a mortuis. » Hoc autem in loco non solum factorem mundi Deum eis annuntiat, non assistentibus Judaeis, sed et quoniam unum genus humanum fecit inhabitare super omnem terram, quemadmodum et Moyses ait: « Quando divisit Altissimus gentes, quemadmodum dispersit filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei; » populum autem qui credit Deo, jam non esse sub angelorum potestate, sed sub Domini: « Facta est enim portio Domini populus ejus Jacob, funiculum haereditatis ejus Israel. »

Et iterum Lystris Lyciae cum esset Paulus cum Barnaba, et a nativitate claudum in nomine Domini nostri Jesu Christi ambulare fecisset, et cum turba honorare eos vellet quemadmodum deos, propter admirabile factum, ait eis: « Nos similes vobis sumus homines, evangelizantes vobis Deum, uti ab eis vanis simulacris convertamini ad Deum vivum, qui fecit coelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt: qui in praeteritis temporibus permisit omnes gentes abire vias suas, quanquam non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens, de coelo dans vobis pluvias et tempora fructifera, adimplens cibo et hilaritate corda vestra. » Quoniam autem his annuntiationibus ejus omnes epistolae consonant, ex ipsis epistolis ostendimus apto in loco, exponentes Apostolum. Nobis autem collaborantibus his ostensionibus, quae ex Scripturis sunt, et quae multifarie dicta sunt, breviter et compendiose annuntiantibus, et tu cum magnanimitate intende eis, et non longiloquium putare: hoc intelligens quoniam ostensiones, quae sunt in Scripturis, non possunt ostendi, nisi ex ipsis Scripturis.

Y porque esto es verdad, anunciando la buena nueva a los atenienses en el Areópago, donde, no estando presentes los judíos, le era lícito predicar con franqueza al Dios verdadero, les dijo: Dios, que hizo el mundo y todo lo que hay en él, siendo Señor del cielo y de la tierra, no habita en templos hechos por mano de hombre, ni es palpado por manos humanas como si necesitara de algo, puesto que él mismo dio a todos la vida y el aliento, e hizo todas las cosas; el que hizo de una sola sangre todo el linaje de los hombres para que habitaran sobre la faz de toda la tierra, fijando de antemano los tiempos según los límites de su habitación, para que buscaran lo divino, por si de algún modo pudieran palparlo o hallarlo, aunque no está lejos de cada uno de nosotros; porque en él vivimos, nos movemos y somos; y como algunos de los vuestros han dicho: Porque somos también linaje suyo. Siendo, pues, linaje de Dios, no debemos pensar que lo divino sea semejante al oro, a la plata o a la piedra, configurados por el arte o el deseo del hombre. Dios, pues, pasando por alto los tiempos de la ignorancia, manda ahora a todos los hombres en todas partes hacer penitencia ante él, porque ha fijado un día en que el orbe de la tierra será juzgado con justicia, en el varón Jesús, en quien estableció la fe, resucitándolo de entre los muertos (Hch 17,24-31). En este lugar no solo les anuncia a Dios, Hacedor del mundo, no estando presentes los judíos, sino también que hizo habitar sobre toda la tierra a un solo género humano, como dice también Moisés: Cuando el Altísimo dividió las naciones, cuando dispersó a los hijos de Adán, fijó los términos de las naciones según el número de los ángeles de Dios (Dt 32,8); y que el pueblo que cree a Dios ya no está bajo el poder de los ángeles, sino bajo el del Señor: Porque la porción del Señor ha llegado a ser su pueblo Jacob, Israel el cordel de su heredad (Dt 32,9).

Y otra vez, estando Pablo con Bernabé en Listra de Licia, y habiendo hecho andar en el nombre de nuestro Señor Jesucristo a un cojo de nacimiento, y queriendo la multitud honrarlos como a dioses a causa del hecho admirable, les dijo: Nosotros somos hombres semejantes a vosotros, que os anunciamos la buena nueva de Dios, para que de estos vanos ídolos os convirtáis al Dios vivo, que hizo el cielo y la tierra y el mar y todo lo que hay en ellos; que en los tiempos pasados permitió que todas las naciones siguieran sus caminos, aunque no se dejó a sí mismo sin testimonio, haciendo el bien, dándoos desde el cielo lluvias y estaciones fructíferas, llenando de alimento y de alegría vuestros corazones (Hch 14,15-17). Y que todas sus epístolas concuerdan con estos anuncios suyos, lo mostramos con las mismas epístolas en el lugar oportuno, al exponer al Apóstol. Y mientras nosotros trabajamos con estas demostraciones que proceden de las Escrituras, y anunciamos breve y compendiosamente lo que se ha dicho de muchas maneras, atiende tú también a ellas con longanimidad, y no lo tengas por prolijidad: entendiendo esto, que las demostraciones que están en las Escrituras no pueden mostrarse sino por las mismas Escrituras.

10. Stephanus autem iterum qui electus est ab apostolis primus diaconus, qui et primus ex omnibus hominibus sectatus est vestigia martyrii Domini, propter Christi confessionem primus interfectus, fiducialiter loquens in populo, et docens eos, dicens: « Deus gloriae visus est patri nostro Abrahae, et dixit ad eum: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram, quam demonstrabo tibi: et transtulit illum in terram hanc, quam nunc et vos inhabitatis, et non dedit ei haereditatem in ea, nec gressum pedis; sed promisit dare in possessionem eam, et semini ejus post eum. Locutus est autem sic Deus ad eum: quoniam erit semen ejus peregrinans in terra aliena, et in servitutem redigentur, et vexabuntur annis quadringentis: et gentem, cui servient, judicabo ego, dicit Dominus. Et postea exient, et servient mihi in isto loco. Et dedit ei testamentum circumcisionis, et sic generavit Isaac. » Et reliqua autem verborum ejus eumdem Deum annuntiant, qui fuit cum Joseph, et cum patriarchis, qui et collocutus est Moysi.

11. Et omnem apostolorum doctrinam unum et eumdem Deum annuntiasse, qui transtulit Abraham, qui promissionem haereditatis ei fecit, qui testamentum circumcisionis apto tempore dedit, qui ex Aegypto vocavit semen ejus, servatum manifeste per circumcisionem (in signo enim dedit eam, ut non similes essent Aegyptiis); hunc factorem omnium, hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi, hunc Deum claritatis, ex ipsis sermonibus et Actibus apostolorum volentes discere possunt, et contemplari, quoniam unus hic Deus, super quem alius non est. Si autem et erat super hunc alius Deus, ex abundanti per comparationem diceremus: hic illo melior est. Melior enim ex operibus apparet, quemadmodum et praediximus: et cum illi nullum Patris sui opus habeant ostendere, hic solus ostenditur Deus. Si quis autem « aegrotans circa quaestiones, » ea quae ab apostolis de Deo dicta sunt, allegorizanda existimat; praedictos sermones nostros discutiat, in quibus unum Deum conditorem et factorem omnium ostendimus, et ea quae ab illis dicuntur, destruximus et denudavimus: et inveniet consonantes eos apostolorum doctrinae, et sic habere quemadmodum docebant et persuadebantur, quoniam unus est fabricator omnium Deus: et cum repulerit a sententia sua tantum errorem, et eam, quae est adversus Deum, blasphemiam; et a semetipso inveniet rationem, cognoscens et eam, quae est secundum Moysem legem, et gratiam Novi Testamenti, utraque apta temporibus, ad utilitatem humani generis ab uno et eodem praestita Deo.

10. Esteban, a su vez, que fue elegido por los apóstoles como primer diácono, que también fue el primero de todos los hombres en seguir las huellas del martirio del Señor, el primero en ser muerto por confesar a Cristo, hablando con franqueza en el pueblo y enseñándolos, diciendo: El Dios de la gloria se apareció a nuestro padre Abraham y le dijo: Sal de tu tierra y de tu parentela, y ven a la tierra que yo te mostraré; y lo trasladó a esta tierra que ahora habitáis también vosotros, y no le dio herencia en ella, ni siquiera el espacio de un paso; pero prometió dársela en posesión a él y a su simiente después de él. Y Dios le habló así: que su simiente sería peregrina en tierra extraña, y serían reducidos a servidumbre y maltratados durante cuatrocientos años; y a la nación a la que sirvan la juzgaré yo, dice el Señor. Y después saldrán y me servirán en este lugar. Y le dio el testamento de la circuncisión; y así engendró a Isaac (Hch 7,2-8). Y el resto de sus palabras anuncia al mismo Dios, que estuvo con José y con los patriarcas, que también habló con Moisés.

11. Y que toda la doctrina de los apóstoles anunció a uno y el mismo Dios, que trasladó a Abraham, que le hizo la promesa de la herencia, que dio en el tiempo oportuno el testamento de la circuncisión, que llamó de Egipto a su simiente, preservada manifiestamente por la circuncisión (pues se la dio como señal, para que no fueran semejantes a los egipcios); que este es el Hacedor de todas las cosas, este el Padre de nuestro Señor Jesucristo, este el Dios de la gloria: pueden aprenderlo los que quieran por las mismas palabras y los Hechos de los apóstoles, y contemplar que este es el único Dios, sobre el cual no hay otro. Pero aun si hubiera sobre este otro Dios, diríamos por comparación, y de sobra: Este es mejor que aquel. Porque el mejor se manifiesta por las obras, como también dijimos antes; y como ellos no tienen ninguna obra de su Padre que mostrar, solo este se muestra como Dios. Pero si alguno, enfermo por las cuestiones (1 Tim 6,4), piensa que lo que los apóstoles dijeron de Dios ha de alegorizarse, examine nuestros discursos anteriores, en los que hemos mostrado a un solo Dios, Creador y Hacedor de todas las cosas, y hemos destruido y desnudado lo que ellos dicen; y los hallará concordes con la doctrina de los apóstoles, y que así es como enseñaban y estaban persuadidos: que uno es Dios, el Fabricador de todas las cosas; y cuando haya apartado de su mente tan gran error y la blasfemia contra Dios, hallará también por sí mismo la razón, conociendo tanto la Ley según Moisés como la gracia del Nuevo Testamento, ambas adecuadas a sus tiempos, otorgadas para utilidad del género humano por uno y el mismo Dios.

12. Omnes enim, qui sunt malae sententiae, moti ab ea legisdatione, quae secundum Moysem, dissimilem eam et contrariam Evangelii doctrinae arbitrantes, jam non sunt conversi, uti differentiae utriusque Testamenti inquirerent causas. Deserti igitur cum sint a paterna dilectione, et inflati a Satana, conversi in Simonis Magi doctrinam, abstiterunt sententiis suis ab eo qui est Deus, et putaverunt semetipsos plus invenisse, quam apostoli, alterum Deum adinvenientes. Et apostolos quidem adhuc quae sunt Judaeorum sentientes, annuntiasse Evangelium; se autem sinceriores, et prudentiores apostolis esse. Unde et Marcion, et qui ab eo sunt, ad intercidendas conversi sunt Scripturas, quasdam quidem in totum non cognoscentes, secundum Lucam autem Evangelium, et Epistolas Pauli decurtantes, haec sola legitima esse dicunt, quae ipsi minoraverunt. Nos autem etiam ex his, quae adhuc apud eos custodiuntur, arguemus eos, donante Deo, in altera conscriptione. Reliqui vero omnes falso scientiae nomine inflati, Scripturas quidem confitentur, interpretationes vero convertunt, quemadmodum ostendimus in primo libro. Et quidem hi qui a Marcione sunt statim blasphemant fabricatorem, dicentes eum malorum factorem, propositum initii sui tolerabiliorem habentes, duos naturaliter dicentes deos, distantes ab invicem, alterum quidem bonum, alterum autem malum: hi autem qui sunt a Valentino, nominibus honestius utentes, et Patrem, et Dominum, et Deum, hunc qui est fabricator, ostendentes, propositum sive sectam blasphemiorem habent, neque ab aliquo ex his, quae sunt intra plenitudinem, Aeonibus dicentes eum emissum, sed ab ea labe, quae extra Pleroma expulsa est. Haec autem omnia contulit eis Scripturarum et dispositionis Dei ignorantia. Nos et causam differentiae Testamentorum, et rursum unitatem et consonantiam ipsorum, in his quae deinceps futura sunt, referemus.

13. Quoniam autem et apostoli, et discentes ipsorum sic docebant, quemadmodum Ecclesia praedicat, et sic docentes perfecti fuerunt, propter quod et evocabantur ad perfectum; Stephanus haec docens, adhuc cum super terram esset, vidit gloriam Dei, et Jesum ad dexteram, et dixit: « Ecce video coelos apertos, et Filium hominis ad dexteram astantem Dei. » Et haec dixit, et lapidatus est, et sic perfectam doctrinam adimplevit, per omnia martyrii magistrum imitans, et postulans pro eis qui se interficiebant, et dicens: « Domine, ne statuas illis hoc peccatum. » Sic erant perfecti, qui unum et eumdem Deum, ab initio usque ad finem variis dispositionibus assistentem humano generi, sciebant; quemadmodum ait Osee propheta: « Ego visiones implevi, et in manibus prophetarum similatus sum. » Qui ergo usque ad mortem tradiderunt animas propter Evangelium Christi, quomodo poterant secundum insitam opinionem hominibus loqui? Quod ipsum si fecissent, non paterentur: sed quoniam contraria his, qui non assentiebant veritati, praedicabant, ideo et passi sunt.

12. Porque todos los que son de mala doctrina, perturbados por la legislación que es según Moisés, y juzgándola distinta y contraria a la doctrina del Evangelio, no se han vuelto a investigar las causas de la diferencia de ambos Testamentos. Así pues, abandonados por el amor paterno e hinchados por Satanás, convertidos a la doctrina de Simón el Mago, se han apartado en sus opiniones del que es Dios, y han pensado que ellos mismos habían hallado más que los apóstoles, inventando a otro Dios. Y los apóstoles, dicen, anunciaron el Evangelio pensando todavía según las cosas de los judíos; pero ellos son más puros y más sabios que los apóstoles. De ahí que también Marción y los que proceden de él se hayan dado a mutilar las Escrituras, rechazando algunas por completo, y, recortando el Evangelio según Lucas y las Epístolas de Pablo, dicen que solo son legítimas estas que ellos mismos han mermado. Pero nosotros los refutaremos, con la ayuda de Dios, aun con lo que todavía se conserva entre ellos, en otro escrito. Todos los demás, hinchados por el falso nombre de ciencia, confiesan ciertamente las Escrituras, pero tuercen sus interpretaciones, como hemos mostrado en el libro primero. Y los que proceden de Marción blasfeman abiertamente contra el Fabricador, llamándolo hacedor de males, aunque el planteamiento de su principio es más tolerable, pues dicen que hay dos dioses por naturaleza, distantes entre sí, uno bueno y otro malo; pero los que proceden de Valentín, usando nombres más honrosos y presentando al que es Fabricador como Padre, y Señor, y Dios, tienen un planteamiento, o una secta, más blasfemo, pues dicen que fue emitido no por alguno de los Eones que están dentro de la Plenitud, sino por aquel defecto que fue expulsado fuera del Pleroma. Todo esto se lo ha acarreado la ignorancia de las Escrituras y de la disposición de Dios. Nosotros expondremos en lo que ha de seguir tanto la causa de la diferencia de los Testamentos como, a su vez, su unidad y su armonía.

13. Y que tanto los apóstoles como sus discípulos enseñaban así, como predica la Iglesia, y que, enseñando así, fueron perfectos, por lo cual también eran llamados a lo perfecto: Esteban, enseñando esto cuando todavía estaba sobre la tierra, vio la gloria de Dios y a Jesús a la derecha, y dijo: He aquí que veo los cielos abiertos y al Hijo del hombre de pie a la derecha de Dios (Hch 7,55-56). Dijo esto y fue apedreado, y así llevó a término la doctrina perfecta, imitando en todo al maestro del martirio, y orando por los que le daban muerte, y diciendo: Señor, no les tengas en cuenta este pecado (Hch 7,60). Así eran perfectos los que conocían a uno y el mismo Dios, que asiste al género humano desde el principio hasta el fin con diversas disposiciones; como dice el profeta Oseas: Yo he cumplido visiones, y en manos de los profetas he sido figurado (Os 12,11). Los que entregaron, pues, sus vidas hasta la muerte por el Evangelio de Cristo, ¿cómo podían hablar a los hombres según la opinión implantada en ellos? Si hubieran hecho eso mismo, no habrían padecido; pero porque predicaban lo contrario a los que no asentían a la verdad, por eso padecieron.

Manifestum est ergo, quoniam non derelinquebant veritatem, sed cum omni fiducia Judaeis et Graecis praedicabant: Judaeis quidem, Jesum eum qui ab ipsis crucifixus est, esse Filium Dei, judicem vivorum et mortuorum, a Patre accepisse aeternum regnum in Israel, quemadmodum ostendimus; Graecis vero unum Deum qui omnia fecit, et hujus Filium Jesum Christum annuntiantes.

14. Manifestius autem hoc ostenditur ex apostolorum epistola quam neque Judaeis, neque Graecis, sed his qui ex gentibus in Christum credebant, confirmantes fidem ipsorum, miserunt. Cum enim descendissent quidam a Judaea in Antiochiam, in qua et primum omnium discipuli Domini pro fide quam in Christo habebant, vocati sunt Christiani, et suaderent eis qui crediderant in Dominum, circumcidi, et reliqua secundum legis observationem perficere; et ascendissent Paulus et Barnabas Hierosolymam ad alteros apostolos propter hanc quaestionem, et universa Ecclesia convenisset in unum, Petrus dixit eis: « Viri fratres, vos scitis quoniam a diebus antiquis in vobis Deus elegit, ut ex ore meo audirent gentes verbum Evangelii, et crederent: et cordis inspector Deus testimonium perhibuit eis, dans eis Spiritum sanctum, sicut et nobis, et nihil discrevit inter nos et ipsos, emundans per fidem corda illorum. Nunc igitur quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos valuimus portare? Sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus nos posse salvari quomodo et illi. »

Post quem Jacobus dixit: « Viri fratres, Simon retulit quemadmodum Deus excogitavit accipere ex gentibus populum nomini suo. Et sic conveniunt sermones prophetarum, sicut scriptum est: Post haec revertar, et reaedificabo tabernaculum David quod cecidit, et disturbata ejus aedificabo, et erigam illud, uti requirant reliqui hominum Dominum, et omnes gentes, in quibus invocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus, faciens haec. Cognitum a saeculo est Deo opus ejus: propterea ego secundum me judico, non molestari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum; sed praecipiendum eis, uti abstineant a vanitatibus idolorum, et a fornicatione, et a sanguine: et quaecunque nolunt sibi fieri, aliis ne faciant. » Et cum haec dicta essent, et omnes consensissent, scripserunt eis sic: « Apostoli, et presbyteri fratres, his qui sunt in Antiochia, et Syria, et Cilicia, fratribus ex gentibus, salutem. Quoniam audivimus, quia ex nobis quidam exeuntes turbaverunt vos sermonibus, destruentes animas vestras, quibus non praecepimus, dicentes: Circumcidimini et servate legem; placuit nobis convenientibus in unum, electos viros mittere ad vos cum dilectissimis nostris Barnaba et Paulo, hominibus qui tradiderunt animam suam pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Misimus igitur Judam et Silam, et ipsos per sermonem annuntiantes nostram sententiam.

Es manifiesto, pues, que no abandonaban la verdad, sino que predicaban con toda franqueza a judíos y a griegos: a los judíos, que Jesús, el que fue crucificado por ellos, es el Hijo de Dios, el juez de vivos y muertos, que recibió del Padre un reino eterno en Israel, como hemos mostrado; a los griegos, anunciándoles un solo Dios que hizo todas las cosas, y a su Hijo Jesucristo.

14. Y esto se muestra todavía más manifiestamente por la carta de los apóstoles, que enviaron no a los judíos ni a los griegos, sino a los que de entre las naciones creían en Cristo, para confirmar su fe. Porque, habiendo bajado algunos de Judea a Antioquía, donde también por primera vez los discípulos del Señor fueron llamados cristianos por la fe que tenían en Cristo, e instando a los que habían creído en el Señor a circuncidarse y a cumplir lo demás según la observancia de la Ley; y habiendo subido Pablo y Bernabé a Jerusalén, a los otros apóstoles, a causa de esta cuestión, y habiéndose reunido toda la iglesia, Pedro les dijo: Varones hermanos, vosotros sabéis que desde los días antiguos Dios hizo elección entre vosotros para que por mi boca oyeran las naciones la palabra del Evangelio y creyeran; y Dios, que escruta el corazón, les dio testimonio dándoles el Espíritu Santo como también a nosotros, y no hizo ninguna distinción entre nosotros y ellos, purificando sus corazones por la fe. Ahora, pues, ¿por qué tentáis a Dios, imponiendo sobre la cerviz de los discípulos un yugo que ni nuestros padres ni nosotros pudimos llevar? Sino que creemos que por la gracia de nuestro Señor Jesucristo podemos salvarnos del mismo modo que ellos (Hch 15,7-11).

Después de él, Santiago dijo: Varones hermanos, Simón ha referido cómo Dios ideó tomar de entre las naciones un pueblo para su nombre. Y así concuerdan las palabras de los profetas, como está escrito: Después de esto volveré y reedificaré el tabernáculo de David que cayó, y edificaré sus ruinas y lo levantaré, para que busquen al Señor los demás hombres, y todas las naciones sobre las que ha sido invocado mi nombre, dice el Señor, que hace estas cosas (Am 9,11-12). Desde siempre es conocida por Dios su obra; por eso yo, por mi parte, juzgo que no se moleste a los que de entre las naciones se convierten a Dios, sino que se les mande abstenerse de las vanidades de los ídolos, y de la fornicación, y de la sangre; y que lo que no quieren que se les haga a ellos, no lo hagan a otros (Hch 15,13-20). Y dicho esto, y estando todos de acuerdo, les escribieron así: Los apóstoles y los presbíteros, hermanos, a los hermanos de entre las naciones que están en Antioquía, Siria y Cilicia, salud. Habiendo oído que algunos que salieron de entre nosotros os han perturbado con palabras, trastornando vuestras almas, sin que nosotros les hubiéramos dado mandato alguno, diciendo: Circuncidaos y guardad la Ley, nos ha parecido bien, reunidos en uno, enviaros hombres escogidos con nuestros amadísimos Bernabé y Pablo, hombres que han entregado su vida por el nombre de nuestro Señor Jesucristo. Os hemos enviado, pues, a Judas y a Silas, que también ellos os anunciarán de palabra nuestro parecer.

Placuit enim sancto Spiritui, et nobis, nullum amplius vobis pondus imponere, quam haec, quae sunt necessaria: ut abstineatis ab idolothytis, et sanguine, et fornicatione; et quaecunque non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis: a quibus custodientes vos ipsos, bene agetis, ambulantes in Spiritu sancto. » Manifestum est igitur ex his omnibus, quoniam non alterum Patrem esse docebant, sed libertatis Novum Testamentum dabant his, qui nove in Deum per Spiritum sanctum credebant. Ipsi autem ex eo quod quaererent: An oporteret circumcidi adhuc discipulos, necne? manifeste ostenderunt, non habuisse se alterius Dei contemplationem.

15. Caeterum non talem timorem circa primum habuissent Testamentum, ut nec cum ethnicis quidem convesci vellent. Nam et Petrus, quamvis ad catechizandos eos missus esset, et tali visione conterritus fuisset, cum timore tamen multo locutus est ad eos, dicens: « Ipsi scitis quoniam non est fas viro Judaeo adjungi, aut convenire cum allophylo: mihi autem Deus ostendit, neminem communem, aut immundum dicere hominem: quapropter sine contradictione veni; » his sermonibus significans, quoniam non abisset ad eos, nisi jussus fuisset. Sic aeque ne baptisma quidem facile dedisset, nisi, Spiritu sancto requiescente super eos, prophetantes eos audisset. Et propter hoc dixit: « Nunquid aliquis aquam vetare potest ad baptizandum hos, qui Spiritum sanctum acceperunt, quemadmodum et nos? » Suadens simul his qui secum erant, et significans, quoniam nisi Spiritus sanctus super eos requievisset, exsisteret qui eos prohiberet a baptismate.

Hi autem qui circa Jacobum apostoli, gentibus quidem libere agere permittebant, concedentes nos Spiritui Dei. Ipsi vero eumdem scientes Deum, perseverabant in pristinis observationibus: ita ut et Petrus quoque, timens ne culparetur ab ipsis, ante manducans cum gentibus, propter visionem et propter Spiritum qui requieverat super eos; cum tamen advenissent quidam a Jacobo, separavit se, et non manducavit cum eis. Hoc ipsum autem dixit Paulus et Barnabam fecisse. Sic apostoli, quos universi actus, et universae doctrinae Dominus testes fecit, (ubique enim simul cum eo assistentes inveniuntur Petrus et Jacobus et Joannes) religiose agebant circa dispositionem legis, quae est secundum Moysem, ab uno et eodem significantes esse Deo. Quod quidem non fecissent secundum quae praediximus, si praeter eum qui legis dispositionem fecit, alterum patrem a Domino didicissent.

Caput XIII

Adversus eos qui dicunt, tantum Paulum ex apostolis cognovisse veritatem.

Porque ha parecido bien al Espíritu Santo y a nosotros no imponeros ninguna carga más que estas cosas, que son necesarias: que os abstengáis de lo sacrificado a los ídolos, y de la sangre, y de la fornicación; y que lo que no queréis que se os haga, no lo hagáis a otros: guardándoos de estas cosas, obraréis bien, caminando en el Espíritu Santo (Hch 15,23-29). Es manifiesto, pues, por todo esto, que no enseñaban que hubiera otro Padre, sino que daban el Nuevo Testamento de la libertad a los que de modo nuevo creían en Dios por el Espíritu Santo. Y ellos mismos, por el hecho de preguntar si los discípulos debían todavía circuncidarse o no, mostraron claramente que no tenían idea de otro Dios.

15. De otro modo no habrían tenido tal temor respecto del primer Testamento como para no querer siquiera comer con los paganos. Porque también Pedro, aunque había sido enviado a catequizarlos y había sido sobrecogido por tal visión, les habló, sin embargo, con mucho temor, diciendo: Vosotros mismos sabéis que no es lícito a un varón judío unirse o reunirse con un extranjero; pero Dios me ha mostrado que no llame común o impuro a ningún hombre; por lo cual vine sin poner objeción (Hch 10,28-29), significando con estas palabras que no habría ido a ellos si no se lo hubieran mandado. Así, igualmente, ni siquiera habría dado el bautismo con facilidad, si no los hubiera oído profetizar, reposando sobre ellos el Espíritu Santo. Y por esto dijo: ¿Acaso puede alguien negar el agua para bautizar a estos, que han recibido el Espíritu Santo como también nosotros? (Hch 10,47) Con ello persuadía a la vez a los que estaban con él y significaba que, si el Espíritu Santo no hubiera reposado sobre ellos, habría habido quien les impidiera el bautismo.

Pero los apóstoles que estaban con Santiago permitían a las naciones obrar con libertad, entregándonos al Espíritu de Dios. Ellos mismos, en cambio, conociendo al mismo Dios, perseveraban en las observancias antiguas; de tal modo que también Pedro, temiendo ser reprendido por ellos, aunque antes comía con las naciones a causa de la visión y a causa del Espíritu que había reposado sobre ellas, sin embargo, cuando llegaron algunos de parte de Santiago, se apartó y no comió con ellas. Y Pablo dice que también Bernabé hizo esto mismo (Gál 2,12-13). Así, los apóstoles, a quienes el Señor hizo testigos de toda acción y de toda doctrina (pues en todas partes se encuentran presentes junto a él Pedro, Santiago y Juan), obraban escrupulosamente respecto de la disposición de la Ley que es según Moisés, significando que procede de uno y el mismo Dios. Lo cual ciertamente no habrían hecho, según lo que dijimos antes, si hubieran aprendido del Señor a otro padre fuera de aquel que hizo la disposición de la Ley.

Capítulo 13

Contra los que dicen que, de entre los apóstoles, solo Pablo conoció la verdad.

1. Eos autem qui dicunt, solum Paulum veritatem cognovisse, cui per revelationem manifestatum est mysterium, ipse Paulus convincat eos, dicens, unum et ipsum Deum et operatum Petro in apostolatum circumcisionis, et sibi in gentes. Ipsius ergo Dei Petrus erat apostolus, cujus et Paulus: et quem Petrus in circumcisione annuntiabat Deum, et Dei Filium, hunc et Paulus in gentes. Neque enim solum Paulum salvare venit Dominus noster; nec sic pauper Deus, ut unum solum haberet apostolum, qui dispositionem Filii sui cognosceret. Et Paulus autem dicens: « Quam speciosi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem! » manifestum fecit, quoniam non unus, sed plures erant, qui veritatem evangelizabant. Et rursus in ea Epistola quae est ad Corinthios, cum praedixisset omnes qui Deum post resurrectionem viderunt, intulit: « Sive autem ego, sive illi, sic annuntiamus, et sic credidistis: » unam et eamdem praedicationem confitens omnium eorum, qui Deum viderunt post resurrectionem a mortuis.

2. Et Dominus autem Philippo volenti Patrem videre, respondit: « Tanto tempore vobiscum sum, et me non cognovisti? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Ego enim in Patre, et Pater in me, et amodo cognovistis eum, et vidistis. » Quibus ergo Dominus testimonium dixit, quoniam et cognoverunt in ipso, et viderunt Patrem, (Pater autem veritas) hos dicere non cognovisse veritatem, est hominum falsa testantium, et eorum qui alienati sunt a Christi doctrina. Ad quid enim mittebat Dominus duodecim apostolos ad oves quae perierant domus Israel, si veritatem non cognoverunt? Quomodo autem septuaginta praedicabant, nisi ipsi prius virtutem praedicationis cognovissent? Aut quomodo Petrus ignorare potuit, cui Dominus testimonium dedit, quoniam caro et sanguis non revelavit ei, sed Pater qui in coelis est? Sicut ergo « Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum, et Deum Patrem; » Filio quidem adducente eos ad Patrem, Patre vero revelante eis Filium.

3. Quoniam autem his, qui ad apostolos vocaverunt eum de quaestione, acquievit Paulus, et ascendit ad eos cum Barnaba in Hierosolymam, non sine causa, sed ut ab ipsis libertas gentilium confirmaretur, ipse ait in ea quae ad Galatas est Epistola: « Deinde post xiv annos ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumens et Titum. Ascendi autem secundum revelationem, et contuli cum eis Evangelium, quod praedico inter gentes. » Et iterum ait: « Ad horam cessimus subjectioni, uti veritas Evangelii perseveret apud vos. »

1. En cuanto a los que dicen que solo Pablo conoció la verdad, a quien por revelación le fue manifestado el misterio, que el mismo Pablo los convenza, cuando dice que uno y el mismo Dios obró en Pedro para el apostolado de la circuncisión y en él para las naciones (Gál 2,8). Pedro, pues, era apóstol del mismo Dios que Pablo; y al Dios que Pedro anunciaba en la circuncisión, y al Hijo de Dios, a estos anunciaba también Pablo entre las naciones. Porque nuestro Señor no vino a salvar solamente a Pablo; ni es Dios tan pobre como para tener un solo apóstol que conociera la disposición de su Hijo. Y también Pablo, al decir: ¡Qué hermosos los pies de los que anuncian la buena nueva de los bienes, de los que anuncian la buena nueva de la paz! (Rom 10,15), dejó claro que no era uno solo, sino muchos, los que anunciaban la buena nueva de la verdad. Y de nuevo, en la Epístola a los corintios, después de haber mencionado a todos los que vieron a Dios después de la resurrección, añadió: Sea yo, sean ellos, así anunciamos, y así creísteis (1 Cor 15,11), confesando una y la misma predicación de todos los que vieron a Dios después de la resurrección de entre los muertos.

2. Y también el Señor respondió a Felipe, que quería ver al Padre: ¿Tanto tiempo hace que estoy con vosotros, y no me has conocido? Felipe, el que me ve a mí ve también al Padre. ¿Cómo dices tú: Muéstranos al Padre? Porque yo estoy en el Padre y el Padre en mí, y desde ahora lo habéis conocido y lo habéis visto (Jn 14,7.9-10). Así pues, de aquellos a quienes el Señor dio testimonio de que habían conocido en él y habían visto al Padre (y el Padre es verdad), decir que no conocieron la verdad es propio de hombres que dan falso testimonio y que se han apartado de la doctrina de Cristo. Porque ¿para qué enviaba el Señor a los doce apóstoles a las ovejas perdidas de la casa de Israel (Mt 10,6), si no conocieron la verdad? ¿Y cómo predicaban los setenta, si ellos mismos no hubieran conocido primero el poder de la predicación? ¿O cómo pudo ignorarla Pedro, a quien el Señor dio testimonio de que no se lo había revelado la carne ni la sangre, sino el Padre que está en los cielos (Mt 16,17)? Así pues, como Pablo es apóstol no de parte de los hombres ni por medio de hombre, sino por Jesús y Dios Padre (Gál 1,1): el Hijo conduciéndolos al Padre, y el Padre revelándoles al Hijo.

3. Y que Pablo accedió a los que lo llamaron ante los apóstoles por la cuestión, y subió a ellos con Bernabé a Jerusalén, no sin causa, sino para que por ellos fuera confirmada la libertad de los gentiles, él mismo lo dice en la Epístola a los gálatas: Después, al cabo de catorce años, subí a Jerusalén con Bernabé, llevando también a Tito. Y subí según una revelación, y les expuse el Evangelio que predico entre las naciones (Gál 2,1-2). Y otra vez dice: Por una hora cedimos a la sujeción, para que la verdad del Evangelio permanezca entre vosotros (Gál 2,5).

Si quis igitur diligenter ex Actibus apostolorum scrutetur tempus, de quo scriptum est, « Ascendi Hierosolymam, » propter praedictam quaestionem, inveniet eos, qui praedicti sunt a Paulo, annos concurrentes. Sic est consonans, et velut eadem tam Pauli annuntiatio, quam et Lucae de apostolis testificatio.

Caput XIV

Si quae occultiora mysteria prae aliis scivisset Paulus, ea Lucas assiduus illius comes, laborumque consors ac particeps, ignorare non potuisset: nec veritas eum latere potuit, per quem solum plura ac maxime necessaria evangelicae historiae capita novimus.

1. Quoniam autem is Lucas inseparabilis fuit a Paulo, et cooperarius ejus in Evangelio, ipse facit manifestum, non glorians, sed ab ipsa productus veritate. Separatis enim, inquit, a Paulo, et Barnaba, et Joanne, qui vocabatur Marcus, et cum navigassent Cyprum, « nos venimus in Troadem; » et cum vidisset Paulus per somnium virum Macedonem, dicentem: « Veniens in Macedoniam opitulare nobis, Paule; statim, ait, quaesivimus proficisci in Macedoniam, intelligentes quoniam provocavit nos Dominus evangelizare eis. Navigantes igitur a Troade, direximus navigium in Samothracen; » et deinceps reliquum omnem ipsorum usque ad Philippos adventum diligenter significat, et quemadmodum primum sermonem locuti sunt: « Sedentes enim, inquit, locuti sumus mulieribus quae convenerant; » et quinam crediderunt, et quam multi. Et iterum ait: « Nos autem navigavimus post dies azymorum a Philippis, et venimus Troadem, ubi et commorati sumus diebus septem. » Et reliqua omnia ex ordine cum Paulo refert, omni diligentia demonstrans et loca, et civitates, et quantitatem dierum, quoadusque Hierosolymam ascenderent: et quae illic contigerint Paulo, quemadmodum vinctus Romam missus est, et nomen centurionis qui suscepit eum, et parasema navium, et quemadmodum naufragium fecerunt, et in qua liberati sunt insula, et quemadmodum humanitatem ibi perceperunt, Paulo curante principem ipsius insulae, et quemadmodum inde Puteolos navigaverunt, et inde Romam pervenerunt, et quanto tempore Romae commorati sunt. Omnibus his cum adesset Lucas, diligenter conscripsit ea, uti neque mendax, neque elatus deprehendi possit, eo quod omnia haec constarent, et seniorem eum esse omnibus qui nunc aliud docent, neque ignorare veritatem. Quoniam non solum prosecutor, sed et cooperarius fuerit apostolorum, maxime autem Pauli, et ipse autem Paulus manifestavit in epistolis, dicens: « Demas me dereliquit, et abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam; Lucas est mecum solus. » Unde ostendit quod semper junctus ei et inseparabilis fuerit ab eo.

Si alguno, pues, examina con diligencia por los Hechos de los apóstoles el tiempo del que está escrito: Subí a Jerusalén, a causa de la cuestión mencionada, hallará que concuerdan los años que Pablo mencionó. Así, el anuncio de Pablo y el testimonio de Lucas acerca de los apóstoles son concordes y como una misma cosa.

Capítulo 14

Si Pablo hubiera conocido algunos misterios más ocultos que los demás, Lucas, su compañero asiduo, consorte y partícipe de sus trabajos, no habría podido ignorarlos; ni pudo ocultársele la verdad a aquel por quien solo conocemos muchos capítulos, y los más necesarios, de la historia evangélica.

1. Y que este Lucas fue inseparable de Pablo y colaborador suyo en el Evangelio, él mismo lo pone de manifiesto, no gloriándose, sino movido por la misma verdad. Porque, dice, habiéndose separado de Pablo Bernabé y Juan, llamado Marcos, y habiendo navegado ellos a Chipre, nosotros llegamos a Tróade; y habiendo visto Pablo en sueños a un varón macedonio que le decía: Pasa a Macedonia y ayúdanos, Pablo; al instante, dice, procuramos partir para Macedonia, comprendiendo que el Señor nos había llamado a anunciarles la buena nueva. Navegando, pues, desde Tróade, enderezamos la nave hacia Samotracia (Hch 16,8-11); y después indica con diligencia todo el resto de su viaje hasta Filipos, y cómo pronunciaron su primer discurso: Porque, sentándonos, dice, hablamos a las mujeres que se habían reunido (Hch 16,13); y quiénes creyeron, y cuántos. Y otra vez dice: Pero nosotros navegamos desde Filipos después de los días de los ázimos, y llegamos a Tróade, donde nos quedamos siete días (Hch 20,6). Y refiere por orden todo lo demás junto con Pablo, indicando con toda diligencia los lugares, las ciudades y el número de los días, hasta que subieron a Jerusalén; y lo que allí le sucedió a Pablo, cómo fue enviado preso a Roma, y el nombre del centurión que se hizo cargo de él, y los mascarones de las naves, y cómo naufragaron, y en qué isla se salvaron, y cómo fueron tratados allí con humanidad, cuando Pablo curó al principal de aquella isla, y cómo desde allí navegaron a Puteoli, y de allí llegaron a Roma, y cuánto tiempo permanecieron en Roma. Habiendo estado Lucas presente en todo esto, lo puso por escrito con diligencia, de modo que no puede ser hallado ni mentiroso ni jactancioso, puesto que todo esto consta, y él es anterior a todos los que ahora enseñan otra cosa, y no ignora la verdad. Y que no solo fue seguidor, sino también colaborador de los apóstoles, y sobre todo de Pablo, también el mismo Pablo lo manifestó en sus epístolas, diciendo: Demas me ha abandonado y se ha ido a Tesalónica, Crescente a Galacia, Tito a Dalmacia; solo Lucas está conmigo (2 Tim 4,10-11). Con lo cual muestra que siempre estuvo unido a él y fue inseparable de él.

Et iterum in Epistola quae est ad Colossenses, ait: « Salutat vos Lucas medicus dilectus. » Si autem Lucas quidem, qui semper cum Paulo praedicavit, et dilectus ab eo est dictus, et cum eo evangelizavit, et creditus est referre nobis Evangelium, nihil aliud ab eo didicit, sicut ex verbis ejus ostensum est; quemadmodum hi qui nunquam Paulo adjuncti fuerunt, gloriantur abscondita et inenarrabilia didicisse sacramenta?

2. Quoniam autem Paulus simpliciter quae sciebat, haec et docuit, non solum eos qui cum eo erant, verum omnes audientes se, ipse facit manifestum. In Mileto enim convocatis episcopis et presbyteris, qui erant ab Epheso et a reliquis proximis civitatibus, quoniam ipse festinaret Hierosolymis Pentecosten agere, multa testificans eis, et dicens quae oportet ei Hierosolymis evenire, adjecit: « Scio quoniam jam non videbitis faciem meam: testificor igitur vobis hac die, quoniam mundus sum a sanguine omnium. Non enim subtraxi, uti non annuntiarem vobis omnem sententiam Dei. Attendite igitur et vobis, et omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus praeposuit episcopos, regere Ecclesiam Domini, quam sibi constituit per sanguinem suum. » Deinde significans futuros malos doctores, dixit: « Ego scio quoniam advenient post discessum meum lupi graves ad vos, non parcentes gregi. Et ex vobisipsis exsurgent viri loquentes perversa, uti convertant discipulos post se. Non subtraxi, inquit, uti non annuntiarem omnem sententiam Dei vobis. » Sic apostoli simpliciter, et nemini invidentes, quae didicerant ipsi a Domino, haec omnibus tradebant. Sic igitur et Lucas nemini invidens, ea quae ab eis didicerat, tradidit nobis, sicut ipse testificatur dicens: « Quemadmodum tradiderunt nobis qui ab initio contemplatores, et ministri fuerunt verbi. »

3. Si autem quis refutet Lucam, quasi non cognoverit veritatem, manifestus erit projiciens Evangelium, cujus dignatur esse discipulus. Plurima enim et magis necessaria Evangelii per hunc cognovimus, sicut Joannis generationem, et de Zacharia historiam, et adventum angeli ad Mariam, et exclamationem Elisabeth, et angelorum ad pastores descensum, et ea quae ab illis dicta sunt, et Annae et Simeonis de Christo testimonium, et quod duodecim annorum in Hierusalem relictus sit, et baptismum Joannis, et quot annorum Dominus baptizatus sit, et quia in quintodecimo anno Tiberii Caesaris.

Y otra vez, en la Epístola a los colosenses, dice: Os saluda Lucas, el médico amado (Col 4,14). Ahora bien, si Lucas, que siempre predicó con Pablo, y fue llamado amado por él, y anunció con él la buena nueva, y se le confió transmitirnos el Evangelio, no aprendió de él ninguna otra cosa, como se ha mostrado por sus palabras, ¿cómo estos, que nunca estuvieron unidos a Pablo, se glorían de haber aprendido misterios ocultos e inenarrables?

2. Y que Pablo enseñó con sencillez lo que sabía, no solo a los que estaban con él, sino a todos los que lo oían, él mismo lo pone de manifiesto. Porque, habiendo convocado en Mileto a los obispos y presbíteros que eran de Éfeso y de las demás ciudades vecinas, puesto que él se apresuraba a celebrar Pentecostés en Jerusalén, dándoles testimonio de muchas cosas y diciéndoles lo que le había de suceder en Jerusalén, añadió: Sé que ya no veréis más mi rostro; os doy, pues, testimonio en este día de que estoy limpio de la sangre de todos. Porque no me he retraído de anunciaros todo el consejo de Dios. Mirad, pues, por vosotros y por todo el rebaño, en el que el Espíritu Santo os ha puesto como obispos, para regir la Iglesia del Señor, que él se constituyó por medio de su propia sangre (Hch 20,25-28). Luego, señalando a los malos maestros que habían de venir, dijo: Yo sé que después de mi partida vendrán a vosotros lobos crueles que no perdonarán al rebaño. Y de entre vosotros mismos se levantarán hombres que hablarán cosas perversas, para arrastrar tras de sí a los discípulos. No me he retraído, dice, de anunciaros todo el consejo de Dios (Hch 20,29-30.27). Así, los apóstoles, con sencillez y sin envidiar a nadie, transmitían a todos lo que ellos mismos habían aprendido del Señor. Así, pues, también Lucas, sin envidiar a nadie, nos transmitió lo que había aprendido de ellos, como él mismo atestigua diciendo: Como nos lo transmitieron los que desde el principio fueron testigos oculares y ministros de la palabra (Lc 1,2).

3. Pero si alguno rechaza a Lucas, como si no hubiera conocido la verdad, se mostrará claramente que desecha el Evangelio del que se digna ser discípulo. Porque por él hemos conocido muchísimas cosas del Evangelio, y las más necesarias, como el nacimiento de Juan, y la historia de Zacarías, y la venida del ángel a María, y la exclamación de Isabel, y el descenso de los ángeles a los pastores y lo que ellos dijeron, y el testimonio de Ana y de Simeón acerca de Cristo, y que a los doce años se quedó en Jerusalén, y el bautismo de Juan, y a qué edad fue bautizado el Señor, y que fue en el año decimoquinto de Tiberio César.

Et in magisterio illud quod ad divites dictum est: « Vae vobis, divites, quoniam percipitis consolationem vestram; » et: « Vae vobis qui satiati estis, quoniam esurietis; et qui ridetis nunc, quia plorabitis; » et: « Vae vobis cum benedixerint vos homines omnes. Secundum haec enim faciebant et pseudoprophetis patres vestri; » et omnia hujusmodi per solum Lucam cognovimus, et plurimos actus Domini per hunc didicimus, quibus et omnes utuntur: ut multitudinem piscium, quam concluserunt hi qui cum Petro erant, jubente Domino ut mitterent retia; et illa quae per octodecim annos passa, curata fuerat mulier die Sabbatorum; et de hydropico, quem curavit Dominus die Sabbatorum, et quemadmodum disputavit quod curavit in hac die; et quemadmodum docuit discipulos primos discubitus non appetere: et quoniam pauperes et debiles vocare oportet, qui non habent retribuere.

Et qui pulsat nocte sumere panes, et propter instantiam importunitatis sumit; et quoniam apud Pharisaeum recumbente eo, peccatrix mulier osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat, et quaecunque propter eam dixit ad Simonem Dominus de duobus debitoribus; et de parabola divitis illius qui reclusit quae ei nata fuerant, cui et dictum est: « In hac nocte expostulabunt animam tuam a te: quae autem praeparasti, cujus erunt? » similiter autem et divitis qui vestiebatur purpura, et jocundabatur nitide: et egenum Lazarum: et eam quam ad discentes suos dixit responsionem, quando dixerunt ei: « Adjice nobis fidem; » et eam quae ad Zacchaeum publicanum facta est, confabulationem; et de Pharisaeo et de Publicano, qui simul adorabant in templo. Et de decem leprosis, quos simul emundavit in via; et quoniam de vicis et plateis claudos et luscos jussit colligi ad nuptias; et parabolam judicis qui Deum non timebat, quem instantia viduae fecit ut vindicaret eam. Et de arbore fici, quae erat in vinea, quae non faciebat fructum. Et alia multa sunt, quae inveniri possunt a solo Luca dicta esse, quibus et Marcion et Valentinus utuntur. Et super haec omnia, post resurrectionem, in via ad discipulos suos quae locutus est, et quemadmodum cognoverunt eum in fractione panis.

4. Necesse est igitur et reliqua quae ab eo dicta sunt, recipere eos, aut et his renuntiare. Non enim conceditur eis, ab his qui sensum habent, quaedam quidem recipere ex his quae a Luca dicta sunt, quasi sint veritatis; quaedam vero refutare, quasi non cognovisset veritatem. Et si quidem refutaverint hi qui a Marcione sunt, non habebunt Evangelium: (hoc enim quod est secundum Lucam, quemadmodum praediximus, decurtantes, gloriantur se habere Evangelium) hi vero qui a Valentino sunt, cessabunt a plurimo vaniloquio suo: (ex hoc enim multas occasiones subtililoquii sui acceperunt, interpretari audentes male, quae ab hoc bene sunt dicta) si autem et reliqua suscipere cogentur, intendentes perfecto Evangelio, et apostolorum doctrinae, oportet eos poenitentiam agere, ut salvari a periculo possint.

Y en su enseñanza, lo que se dijo a los ricos: ¡Ay de vosotros, ricos, porque recibís vuestro consuelo!; y: ¡Ay de vosotros, los que estáis saciados, porque tendréis hambre; y los que ahora reís, porque lloraréis!; y: ¡Ay de vosotros cuando todos los hombres os bendigan! Porque así hacían también vuestros padres con los falsos profetas (Lc 6,24-26); y todas las cosas de este género las hemos conocido solo por Lucas; y por él hemos aprendido muchísimos hechos del Señor, de los que también todos se sirven: como la multitud de peces que encerraron los que estaban con Pedro cuando el Señor les mandó echar las redes; y aquella mujer que había padecido durante dieciocho años y fue curada en día de sábado; y el hidrópico, a quien el Señor curó en día de sábado, y cómo disputó por haber curado en ese día; y cómo enseñó a los discípulos a no buscar los primeros puestos en la mesa; y que hay que invitar a los pobres y a los débiles, que no tienen con qué corresponder.

Y el que llama de noche para obtener panes, y los obtiene por la insistencia de su importunidad; y que, estando él a la mesa en casa de un fariseo, una mujer pecadora le besaba los pies y se los ungía con perfume, y todo lo que el Señor dijo a Simón a causa de ella acerca de los dos deudores; y la parábola de aquel rico que guardó lo que se le había producido, a quien también se le dijo: Esta noche te reclamarán el alma; y lo que has preparado, ¿para quién será? (Lc 12,20); y del mismo modo la del rico que se vestía de púrpura y banqueteaba espléndidamente, y la del pobre Lázaro; y la respuesta que dio a sus discípulos cuando le dijeron: Auméntanos la fe (Lc 17,5); y la conversación que tuvo con Zaqueo el publicano; y la del fariseo y el publicano que oraban a la vez en el templo. Y los diez leprosos, a quienes purificó a la vez en el camino; y que mandó reunir para las bodas a los cojos y a los tuertos de las callejas y de las plazas; y la parábola del juez que no temía a Dios, a quien la insistencia de la viuda hizo que le hiciera justicia. Y la higuera que estaba en la viña y no daba fruto. Y hay otras muchas cosas que se puede hallar que fueron dichas solo por Lucas, de las que se sirven tanto Marción como Valentín. Y, por encima de todo esto, lo que dijo a sus discípulos en el camino después de la resurrección, y cómo lo conocieron en la fracción del pan.

4. Es necesario, pues, que o reciban también lo demás que él ha dicho, o renuncien también a esto. Porque no se les concede, por parte de los que tienen entendimiento, recibir algunas de las cosas dichas por Lucas como si fueran de la verdad, y rechazar otras como si él no hubiera conocido la verdad. Y si los que proceden de Marción las rechazan, no tendrán Evangelio (porque, recortando el que es según Lucas, como dijimos antes, se glorían de tener el Evangelio); y los que proceden de Valentín cesarán de la mayor parte de su palabrería vana (porque de él han tomado muchas ocasiones para sus sutilezas, atreviéndose a interpretar mal lo que en él está bien dicho); pero si se ven obligados a aceptar también lo demás, atendiendo al Evangelio completo y a la doctrina de los apóstoles, es necesario que hagan penitencia, para que puedan salvarse del peligro.

Caput XV

Ebionaeos perstringit, qui Pauli auctoritatem elevabant, hancque confirmat ex Lucae scriptis, quae universa atque integra admitti necesse est. Tum Gnosticorum hypocrisi, dolis ac superbia castigatis, concludit ex hactenus dictis, apostolos, eorumque discipulos unicum Deum mundi creatorem novisse ac praedicasse.

1. Eadem autem dicimus iterum et his, qui Paulum apostolum non cognoscunt, quoniam aut reliquis verbis Evangelii, quae per solum Lucam in nostram venerunt agnitionem, renuntiare debent, et non uti eis; aut si illa recipiunt omnia, habent necessitatem recipere etiam eam testificationem, quae est de Paulo, dicente ipso, primum quidem Dominum ei de coelo locutum: « Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Jesus Christus, quem tu persequeris: » deinde Ananiae, de eo dicentem: « Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum in gentibus, et regibus, et filiis Israel. Ego enim demonstrabo ei ex ipso, quanta oporteat eum pati propter nomen meum. » Qui igitur non recipiunt eum qui sit electus a Deo ad hoc, ut fiducialiter portet nomen ejus, quod sit missus ad quas praediximus gentes, electionem Domini contemnunt, et seipsos segregant ab apostolorum conventu. Neque enim contendere possunt Paulum non esse apostolum, quando in hoc sit electus: neque Lucam mendacem esse possunt ostendere, veritatem nobis cum omni diligentia annuntiantem. Fortassis enim et propter hoc operatus est Deus plurima Evangelii ostendi per Lucam, quibus necesse haberent omnes uti: ut sequenti testificationi ejus, quam habet de actibus et doctrina apostolorum, omnes sequentes, et regulam veritatis inadulteratam habentes, salvari possint. Igitur testificatio ejus vera, et doctrina apostolorum manifesta, et firma et nihil subtrahens, neque alia quidem in abscondito, alia vero in manifesto docentium.

2. Hoc enim fictorum, et prave seducentium, et hypocritarum est molimen, quemadmodum faciunt hi, qui a Valentino sunt. Hi enim ad multitudinem, propter eos, qui sunt ab Ecclesia, quos communes ecclesiasticos ipsi dicunt, inferunt sermones, per quos capiunt simpliciores, et illiciunt eos, simulantes nostrum tractatum, ut saepius audiant; qui etiam queruntur de nobis, quod cum similia nobiscum sentiant, sine causa

Capítulo 15

Censura a los ebionitas, que menoscababan la autoridad de Pablo, y la confirma por los escritos de Lucas, que es necesario admitir en su totalidad e íntegros. Luego, reprendidas la hipocresía, los engaños y la soberbia de los gnósticos, concluye de lo dicho hasta aquí que los apóstoles y sus discípulos conocieron y predicaron al único Dios, Creador del mundo.

1. Y decimos lo mismo, a su vez, a los que no reconocen al apóstol Pablo: que o bien deben renunciar a las demás palabras del Evangelio que han llegado a nuestro conocimiento solo por Lucas, y no servirse de ellas; o bien, si las reciben todas, tienen necesidad de recibir también el testimonio que se refiere a Pablo, cuando él mismo dice que primero el Señor le habló desde el cielo: Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? Yo soy Jesucristo, a quien tú persigues (Hch 9,4-5); y luego, que dijo a Ananías acerca de él: Ve, porque este es para mí un vaso de elección, para llevar mi nombre ante las naciones, y los reyes, y los hijos de Israel. Porque yo le mostraré, por sí mismo, cuánto debe padecer por mi nombre (Hch 9,15-16). Los que no reciben, pues, al que fue elegido por Dios para esto, para llevar con franqueza su nombre, ni que fue enviado a las naciones de que hemos hablado, desprecian la elección del Señor y se segregan de la asamblea de los apóstoles. Porque no pueden sostener que Pablo no sea apóstol, siendo así que fue elegido para esto; ni pueden mostrar que Lucas sea mentiroso, pues nos anuncia la verdad con toda diligencia. Quizá precisamente por esto obró Dios que muchísimas cosas del Evangelio fueran mostradas por medio de Lucas, de las que todos tuvieran necesidad de servirse: para que todos, siguiendo su testimonio posterior sobre los hechos y la doctrina de los apóstoles, y teniendo la regla de la verdad sin adulterar, puedan salvarse. Su testimonio, pues, es verdadero, y la doctrina de los apóstoles manifiesta y firme, y no retiene nada, pues no enseñaban unas cosas en secreto y otras abiertamente.

2. Porque esta es la maquinación de los simuladores, de los que seducen perversamente y de los hipócritas, como hacen los que proceden de Valentín. Porque estos, ante la multitud, a causa de los que son de la Iglesia, a quienes ellos llaman «eclesiásticos comunes», introducen discursos con los que atrapan a los más sencillos y los atraen, imitando nuestro modo de tratar las cosas, para que los escuchen con más frecuencia; y hasta se quejan de nosotros de que, sintiendo ellos lo mismo que

abstineamus nos a communicatione eorum, et cum eadem dicant, et eamdem habeant doctrinam, vocemus illos haereticos, et cum dejecerint aliquos a fide per quaestiones, quae fiunt ab eis, et non contradicentes auditores suos fecerint, his separatim inenarrabile Plenitudinis suae enarrant mysterium. Decipiuntur autem omnes, qui quod est in verbis verisimile, se putant posse discernere a veritate. Suasorius enim et verisimilis est, et exquirens fucos error: sine fuco autem est veritas, et propter hoc pueris credita est. Et si aliquis quidem ex his qui audiunt eos, quaerat solutiones, vel contradicat eis, hunc quasi non capientem veritatem, et non habentem de superioribus a Matre sua semen affirmantes, in totum nihil dicunt ei, mediarum partium dicentes esse illum, hoc est psychicorum. Si autem aliquis, quasi parvam ovem, deditum semetipsum ipsis praebeat, imitatione illorum et redemptionem illorum consecutus; est inflatus iste talis, neque in coelo, neque in terra putat se esse, sed intra Pleroma introisse, et complexum jam angelum suum; cum institorio, et supercilio incedit, gallinacei elationem habens. Sunt autem apud eos, qui dicunt, oportere bonam conversationem assequi eum hominem, qui sit desuper adveniens: propter hoc et fingunt quodam supercilio gravitatem. Plurimi autem et contemptores facti, quasi jam perfecti, sine reverentia, et in contemptu viventes, semetipsos spiritales vocant, et se nosse jam dicunt eum, qui sit intra Pleroma ipsorum, refrigerii locum.

3. Nos autem revertamur ad eumdem tractatum. Cum enim declaratum sit manifeste, quoniam neminem alium Deum vocaverunt, vel Dominum nominaverunt, qui veritatis fuerunt praedicatores, et apostoli libertatis, nisi solum verum Deum Patrem et Verbum ejus, qui in omnibus principatum habet; manifeste erit ostensum, factorem coeli et terrae, qui locutus sit cum Moyse, et legis dispositionem ei dederit, qui convocaverit patres, Dominum Deum confiteri eos, et alterum neminem nosse. Manifesta igitur et apostolorum, et discentium eorum ex verbis ipsorum de Deo facta est sententia.

Caput XVI

Ex apostolorum scriptis demonstrat, unum et eumdem esse Jesum Christum, unigenitum Dei Filium, verum Deum ac verum hominem.

1. Quoniam autem sunt qui dicunt, Jesum quidem receptaculum Christi fuisse, in quem desuper quasi columbam descendisse Christum, et cum indicasset innominabilem Patrem, incomprehensibiliter et invisibiliter intrasse in Pleroma: (non enim solum ab hominibus, sed ne ab his quidem, quae in coelo sunt, Potestatibus et Virtutibus apprehensum eum) et esse quidem Filium Jesum, Patrem vero Christum, et Christi Patrem, Deum:

nosotros, sin causa nos abstenemos de la comunicación con ellos, y de que, diciendo lo mismo y teniendo la misma doctrina, los llamamos herejes; y cuando han derribado a algunos de la fe por las cuestiones que ellos plantean, y han logrado que sus oyentes no los contradigan, a estos aparte les narran el inenarrable misterio de su Plenitud. Pero se engañan todos los que piensan que pueden distinguir de la verdad lo que es verosímil en las palabras. Porque el error es persuasivo y verosímil, y busca disfraces; pero la verdad no tiene disfraz, y por eso ha sido confiada a los niños. Y si alguno de los que los escuchan pide soluciones o los contradice, afirmando que es como quien no contiene la verdad y no tiene de lo alto, de su Madre, la simiente, no le dicen absolutamente nada, diciendo que es de la parte intermedia, es decir, de los psíquicos. Pero si alguno, como una ovejita, se les entrega, y por imitarlos ha obtenido también su redención, ese tal se hincha, y piensa que no está ni en el cielo ni en la tierra, sino que ha entrado dentro del Pleroma y ha abrazado ya a su ángel; anda con aires de capataz y ceño altivo, con la arrogancia de un gallo. Hay también entre ellos quienes dicen que el hombre que viene de lo alto debe alcanzar un buen modo de vida; por eso fingen también gravedad con cierto ceño altivo. Pero la mayoría, convertidos en despreciadores, como si ya fueran perfectos, viviendo sin reverencia y en el desprecio, se llaman a sí mismos espirituales, y dicen que ya conocen el lugar de refrigerio que está dentro de su Pleroma.

3. Pero volvamos nosotros al mismo tratado. Porque, puesto que se ha declarado manifiestamente que los que fueron predicadores de la verdad y apóstoles de la libertad no llamaron Dios a ningún otro, ni nombraron Señor a otro, sino solo al verdadero Dios Padre y a su Verbo, que tiene el primer lugar en todas las cosas, quedará manifiestamente mostrado que ellos confesaban como Señor Dios al Hacedor del cielo y de la tierra, que habló con Moisés y le dio la disposición de la Ley, que convocó a los padres, y que no conocían a ningún otro. Así, pues, por sus propias palabras se ha hecho manifiesta la doctrina de los apóstoles y de sus discípulos acerca de Dios.

Capítulo 16

Por los escritos de los apóstoles demuestra que Jesucristo, Hijo unigénito de Dios, Dios verdadero y hombre verdadero, es uno y el mismo.

1. Pero como hay quienes dicen que Jesús fue el receptáculo de Cristo, y que Cristo descendió de lo alto sobre él como paloma, y que, después de dar a conocer al Padre Innombrable, entró incomprensible e invisiblemente en el Pleroma (pues no solo no lo aprehendió hombre alguno, dicen, sino ni siquiera las Potestades y los Poderes que están en el cielo); y que Jesús es el Hijo, pero Cristo el Padre, y el Padre de Cristo, Dios; otros, en cambio, que padeció

alii vero putative eum passum, naturaliter impassibilem exsistentem; qui autem a Valentino sunt, Jesum quidem, qui sit ex dispositione, ipsum esse, qui per Mariam transierit, in quem illum de superiori Salvatorem descendisse, quem et Christum dici, quoniam omnium qui emisissent eum, haberet vocabula: participasse autem cum eo, qui esset ex dispositione, de sua virtute et de suo nomine, ut mors per hunc evacuaretur, cognosceretur autem Pater per eum Salvatorem quidem qui desuper descendisset, quem et ipsum receptaculum Christi et universae Plenitudinis esse dicunt, lingua quidem unum Christum Jesum confitentes, divisi vero sententia: (etenim haec est ipsorum regula, quemadmodum praediximus, ut alterum quidem Christum fuisse dicant, qui ab Unigenito ad correctionem Plenitudinis praemissus est; alterum vero Salvatorem esse in glorificationem Patris missum; alterum vero ex dispositione, quem et passum dicunt, recurrente in Pleroma Salvatore, qui Christum portabat) necesse habemus, universam apostolorum de Domino nostro Jesu Christo sententiam adhibere et ostendere, eos non solum nihil tale sensisse de eo, verum amplius et significasse per Spiritum sanctum, qui inciperent talia docere, submissi a Satana, uti quorumdam fidem everterent, et abstraherent eos a vita.

2. Et quoniam Joannes unum et eumdem novit Verbum Dei, et hunc esse Unigenitum, et hunc incarnatum esse pro salute nostra, Jesum Christum Dominum nostrum, sufficienter ex ipsius Joannis sermone demonstravimus. Sed et Matthaeus unum et eumdem Jesum Christum cognoscens, eam quae est secundum hominem generationem ejus ex Virgine exponens, sicut promisit Deus David, ex fructu ventris ejus excitaturum se aeternum Regem, multo prius Abrahae eamdem faciens promissionem, ait: « Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. » Dehinc ut liberaret mentem nostram a suspicione, quae est circa Joseph, ait: « Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Joseph, priusquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. » Dehinc cum Joseph cogitaret dimittere Mariam, quoniam praegnans erat, assistentem ei angelum Dei, dicentem: « Ne timueris assumere Mariam conjugem tuam: quod enim habet in utero, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum: hic enim salvabit populum suum a peccatis suis. Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam: Ecce, virgo accipiet in utero, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est, Nobiscum Deus; » manifeste significans, et eam promissionem, quae fuerat ad patres, impletam, ex virgine natum Filium Dei, et hunc ipsum esse Salvatorem Christum, quem prophetae praedicaverunt: non, sicut ipsi dicunt, Jesum quidem ipsum esse, qui ex Maria sit natus, Christum vero qui desuper descendit.

en apariencia, siendo por naturaleza impasible; y los que proceden de Valentín, que Jesús, el que es de la disposición, es el mismo que pasó a través de María, y que sobre él descendió aquel Salvador de lo alto, al cual también se llama Cristo porque tenía los nombres de todos los que lo habían emitido; y que este compartió con el de la disposición algo de su propio poder y de su propio nombre, para que por él fuera anulada la muerte, y el Padre fuera conocido por medio de aquel Salvador que había descendido de lo alto, del cual dicen también que es él mismo el receptáculo de Cristo y de toda la Plenitud: confesando con la lengua un solo Cristo Jesús, pero divididos en su mente (pues esta es su regla, como dijimos antes: que dicen que uno es Cristo, enviado por delante por el Unigénito para la corrección de la Plenitud; que otro es el Salvador, enviado para la glorificación del Padre; y otro el de la disposición, del cual dicen también que padeció, mientras el Salvador, que llevaba a Cristo, volvía al Pleroma): tenemos necesidad de aducir toda la doctrina de los apóstoles acerca de nuestro Señor Jesucristo, y de mostrar que no solo no pensaron de él nada semejante, sino que además señalaron de antemano, por el Espíritu Santo, a los que habían de enseñar tales cosas, enviados a escondidas por Satanás para trastornar la fe de algunos y apartarlos de la vida.

2. Y que Juan conoció uno y el mismo Verbo de Dios, y que este es el Unigénito, y que este se encarnó por nuestra salvación, Jesucristo nuestro Señor, lo hemos mostrado suficientemente por el discurso del mismo Juan. Pero también Mateo, reconociendo uno y el mismo Jesucristo, y exponiendo su generación según el hombre, de la Virgen, como Dios prometió a David que del fruto de su vientre suscitaría un Rey eterno, habiendo hecho mucho antes la misma promesa a Abraham, dice: Libro de la generación de Jesucristo, hijo de David, hijo de Abraham (Mt 1,1). Después, para librar nuestra mente de la sospecha acerca de José, dice: Pero la generación de Cristo era así. Estando desposada su madre con José, antes de que convivieran, se halló encinta del Espíritu Santo (Mt 1,18). Después, cuando José pensaba despedir a María, porque estaba encinta, allí estaba el ángel de Dios, que se le presentó diciendo: No temas tomar a María tu esposa: porque lo que tiene en su seno es del Espíritu Santo. Y dará a luz un hijo, y llamarás su nombre Jesús: porque él salvará a su pueblo de sus pecados. Esto sucedió para que se cumpliera lo dicho por el Señor por medio del profeta: He aquí que una virgen recibirá en el seno, y dará a luz un hijo, y llamarán su nombre Emmanuel, que es: Dios con nosotros (Mt 1,20-23; Is 7,14); significando manifiestamente que la promesa hecha a los padres se cumplió, que de una virgen nació el Hijo de Dios, y que él mismo es el Salvador Cristo, al que predicaron los profetas: no, como dicen ellos, que Jesús es el que nació de María, y Cristo el que descendió de lo alto.

Caeterum potuerat dicere Matthaeus: « Jesu vero generatio sic erat, » sed praevidens Spiritus sanctus depravatores, et praemuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthaeum ait: « Christi autem generatio sic erat; » et quoniam hic est Emmanuel, ne forte tantum eum hominem putaremus, (« non enim ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, Verbum caro factum est ») neque alium quidem Jesum, alterum autem Christum suspicaremur fuisse, sed unum et eumdem sciremus esse.

3. Hoc ipsum interpretatus est Paulus, scribens ad Romanos: « Paulus apostolus Jesu Christi, praedestinatus in Evangelium Dei, quod promisit per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, per Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri. » Et iterum ad Romanos scribens de Israel, dicit: « Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnes benedictus in saecula. » Et iterum in Epistola quae est ad Galatas, ait: « Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem percipiamus; » manifeste significans unum quidem Deum, qui per prophetas promissionem de Filio fecerit; unum autem Jesum Christum Dominum nostrum, qui de semine David secundum eam generationem, quae est ex Maria; hunc destinatum Filium Dei Jesum Christum in virtute secundum Spiritum sanctitatis, ex resurrectione mortuorum, ut sit primogenitus mortuorum, quemadmodum et primogenitus in omni conditione; Filius Dei, hominis filius factus, ut per eum adoptionem percipiamus, portante homine, et capiente, et complectente Filium Dei. Propter hoc et Marcus ait: « Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, quemadmodum scriptum est in prophetis; » unum et eumdem sciens Filium Dei Jesum Christum, qui a prophetis annuntiatus est, qui ex fructu ventris David Emmanuel, « magni consilii » Patris « nuntius, » per quem oriri fecit Deus domui David Orientem et justum, et erexit ei cornu salutis, et « suscitavit testimonium in Jacob, » quemadmodum David causas generationis ejus disserens ait, « et legem posuit in Israel, ut cognoscat generatio altera: filii qui nascentur ex his, et ipsi exsurgentes enarrabunt filiis suis, ut ponant in Deum spem suam, et praecepta ejus exquirant. » Et rursus angelus evangelizans Mariae, ait: « Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus thronum David patris sui; » eum qui sit Filius Altissimi, hunc eumdem et David filium confitens. Cujus et David dispositionem adventus per Spiritum cognoscens, per quam dominans est omnium vivorum et mortuorum, Dominum eum confessus est, sedentem ad dextram Patris altissimi.

Mateo, en efecto, habría podido decir: «Pero la generación de Jesús era así»; pero el Espíritu Santo, previendo a los corruptores y precaviendo de antemano contra su fraude, dice por medio de Mateo: Pero la generación de Cristo era así (Mt 1,18); y que este es Emmanuel, no fuera que lo creyéramos solamente un hombre (pues no de la voluntad de la carne, ni de la voluntad del varón, sino de la voluntad de Dios, el Verbo se hizo carne (Jn 1,13-14)), ni sospecháramos que uno fue Jesús y otro Cristo, sino que supiéramos que es uno y el mismo.

3. Esto mismo interpretó Pablo, escribiendo a los romanos: Pablo, apóstol de Jesucristo, predestinado para el Evangelio de Dios, que él prometió por medio de sus profetas en las santas Escrituras acerca de su Hijo, que le fue hecho de la simiente de David según la carne, que fue predestinado Hijo de Dios en poder, por el Espíritu de santificación, por la resurrección de los muertos, Jesucristo nuestro Señor (Rom 1,1-4). Y otra vez, escribiendo a los romanos acerca de Israel, dice: De quienes son los padres, y de quienes es Cristo según la carne, que es Dios sobre todos, bendito por los siglos (Rom 9,5). Y otra vez, en la Epístola a los gálatas, dice: Pero cuando vino la plenitud del tiempo, Dios envió a su Hijo, hecho de mujer, hecho bajo la Ley, para redimir a los que estaban bajo la Ley, para que recibamos la adopción (Gál 4,4-5); significando manifiestamente un solo Dios, que hizo por medio de los profetas la promesa acerca del Hijo; y un solo Jesucristo nuestro Señor, que es de la simiente de David según aquella generación que es de María; que este fue destinado Hijo de Dios, Jesucristo, en poder según el Espíritu de santidad, por la resurrección de los muertos, para ser primogénito de los muertos, como es también primogénito en toda la creación; el Hijo de Dios hecho Hijo del hombre, para que por él recibamos la adopción, llevando el hombre, y conteniendo, y abrazando al Hijo de Dios. Por esto también Marcos dice: Comienzo del Evangelio de Jesucristo, Hijo de Dios, como está escrito en los profetas (Mc 1,1-2); conociendo uno y el mismo Hijo de Dios, Jesucristo, que fue anunciado por los profetas, que del fruto del vientre de David es Emmanuel, el mensajero del gran consejo del Padre (Is 9,5), por quien Dios hizo surgir para la casa de David el Oriente y el Justo, y le levantó un cuerno de salvación, y suscitó un testimonio en Jacob, como dice David al exponer las causas de su generación, y puso una ley en Israel, para que la conozca otra generación: los hijos que nacerán de ellos, y ellos mismos, levantándose, la contarán a sus hijos, para que pongan en Dios su esperanza y busquen sus preceptos (Sal 78,5-7). Y de nuevo el ángel, al anunciar la buena nueva a María, dice: Este será grande, y será llamado Hijo del Altísimo, y el Señor le dará el trono de David su padre (Lc 1,32); confesando que el que es Hijo del Altísimo es este mismo, también hijo de David. Y David, conociendo por el Espíritu la disposición de su venida, por la cual es Señor de todos los vivos y los muertos, lo confesó Señor, sentado a la derecha del Padre altísimo.

4. Et Simeon autem ille, qui responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum eum mortem, nisi prius videret Christum Jesum, hunc manibus accipiens Virginis primogenitum, benedixit Deum, et dixit: « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel; » infantem, quem in manibus portabat Jesum, natum ex Maria, ipsum confitens esse Christum Filium Dei, lumen hominum, et gloriam ipsius Israel, et pacem et refrigerium eorum qui in dormitionem ierunt. Jam enim spoliabat homines, auferens ignorantiam ipsorum, suam autem agnitionem eis donans, et dispartitionem faciens eorum qui cognoscebant eum, quemadmodum Isaias: « Voca, inquit, nomen ejus, Velociter spolia, celeriter dispartire. » Haec sunt autem opera Christi. Ipse igitur erat Christus, quem portans Simeon benedicebat Altissimum; quem pastores cum vidissent, glorificabant Deum; quem Joannes, cum adhuc in ventre matris suae esset, et ille in vulva Mariae, Dominum cognoscens, exsultans salutabat; quem magi videntes, et adorantes, et afferentes munera, quae praediximus, et substernentes semetipsos aeterno Regi, per alteram abierant viam, non jam per Assyriorum revertentes viam. « Priusquam enim cognoscet puer vocare patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariae, contra regem Assyriorum; » occulte quidem, sed potenter manifestans, quoniam absconsa manu expugnabat Dominus Amalech. Propter hoc et pueros eripiebat, qui erant in domo David, bene sortiti illo tempore nasci, ut eos praemitteret in suum regnum; ipse infans cum esset, infantes hominum martyres parans, propter Christum, qui in Bethleem natus est Judae, in civitate David, interfectos secundum Scripturas.

5. Propter quod et Dominus discipulis post resurrectionem dicebat: « O insensati, et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportebat pati Christum, et introire in claritatem suam? » Et iterum ait eis: « Hi sunt sermones, quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportet impleri omnia scripta in lege Moysi et prophetis, et psalmis de me. Tunc adaperuit eorum sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit ad eos: Quoniam sic scriptum est, Christum pati, et resurgere a mortuis, et praedicari in nomine ejus remissionem peccatorum in omnes gentes. » Hic autem est, qui ex Maria natus est. « Oportet enim, inquit, Filium hominis multa pati, et reprobari, et crucifigi, et die tertio resurgere. »

4. Y también aquel Simeón, que había recibido respuesta del Espíritu Santo de que no vería la muerte antes de ver a Cristo Jesús, tomando en sus manos a este primogénito de la Virgen, bendijo a Dios y dijo: Ahora despides a tu siervo, Señor, según tu palabra, en paz: porque mis ojos han visto tu poder salvador, que preparaste ante el rostro de todos los pueblos, luz para revelación de las naciones, y gloria de tu pueblo Israel (Lc 2,29-32); confesando que el infante que llevaba en sus manos, Jesús, nacido de María, era él mismo el Cristo, el Hijo de Dios, luz de los hombres, y gloria del mismo Israel, y paz y refrigerio de los que habían entrado en el sueño. Porque ya despojaba a los hombres, quitándoles su ignorancia y dándoles su propio conocimiento, y haciendo el reparto de los que lo conocían, como en Isaías: Llama, dice, su nombre: Despoja velozmente, reparte pronto (Is 8,3). Estas son, pues, las obras de Cristo. Él, pues, era el Cristo a quien llevaba Simeón mientras bendecía al Altísimo; al ver al cual los pastores glorificaban a Dios; a quien Juan, cuando aún estaba en el seno de su madre, y él en el vientre de María, reconociéndolo como Señor, saludaba saltando de gozo; a quien vieron los Magos, y lo adoraron, y le ofrecieron los dones de que hablamos antes, y se postraron ante él, el Rey eterno, y se marcharon por otro camino, sin volver ya por el camino de los asirios. Porque antes que el niño sepa llamar a su padre o a su madre, tomará el poder de Damasco y los despojos de Samaria, contra el rey de los asirios (Is 8,4); mostrando ocultamente, sí, pero con poder, que el Señor combatía a Amalec con mano escondida. Por esto también arrebataba a los niños que estaban en la casa de David, a quienes cupo la buena suerte de nacer en aquel tiempo, para enviarlos por delante a su reino; siendo él mismo infante, preparaba como mártires a infantes de los hombres, muertos según las Escrituras por causa de Cristo, que nació en Belén de Judá, en la ciudad de David.

5. Por lo cual también el Señor decía a los discípulos después de la resurrección: ¡Oh insensatos, y tardos de corazón para creer en todo lo que hablaron los profetas! ¿No era necesario que Cristo padeciera estas cosas y entrara en su gloria? (Lc 24,25-26) Y otra vez les dijo: Estas son las palabras que os hablé cuando aún estaba con vosotros: que es necesario que se cumpla todo lo escrito acerca de mí en la Ley de Moisés y en los Profetas y en los Salmos. Entonces les abrió el entendimiento para que entendieran las Escrituras, y les dijo: Así está escrito, que Cristo padeciera y resucitara de entre los muertos, y que se predicara en su nombre la remisión de los pecados a todas las naciones (Lc 24,44-47). Y este es el que nació de María. Porque, dice, es necesario que el Hijo del hombre padezca mucho, y sea reprobado, y sea crucificado, y resucite al tercer día (Mc 8,31).

Non ergo alterum filium hominis novit Evangelium, nisi hunc qui ex Maria, qui et passus est; sed neque Christum avolantem ante passionem a Jesu; sed hunc qui natus est, Jesum Christum novit Dei Filium, et eumdem hunc passum resurrexisse, quemadmodum Joannes Domini discipulus confirmat, dicens: « Haec autem scripta sunt, ut credatis quoniam Jesus est, Filius Dei, et ut credentes vitam aeternam habeatis in nomine ejus; » providens has blasphemas regulas, quae dividunt Dominum, quantum ex ipsis attinet, ex altera et altera substantia dicentes eum factum. Propter quod et in epistola sua sic testificatus est nobis: « Filioli, novissima hora est, et quemadmodum audistis quoniam Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus quoniam novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifestarentur quoniam non sunt ex nobis. Cognoscite ergo quoniam omne mendacium extraneum est, et non est de veritate. Quis est mendax, nisi qui negat quoniam Jesus non est Christus? hic est Antichristus. »

6. Quia autem omnes, qui praedicti sunt, etsi lingua quidem confitentur unum Jesum Christum, semetipsos derident, aliud quidem sentientes, aliud vero dicentes; (etenim argumenta illorum varia, quemadmodum ostendimus) alterum quidem passum, et natum hunc esse Christum annuntiant, et esse alterum eorum Demiurgi, (autem) qui sit ex dispositione, vel eum qui sit ex Joseph, quemque passibilem argumentantur; alterum vero eorum ab invisibilibus et inenarrabilibus descendisse, quem et invisibilem, et incomprehensibilem, et impassibilem esse confirmant, errantes a veritate, eo quod absistat sententia eorum ab eo qui est vere Deus: nescientes quoniam hujus Verbum unigenitus, qui semper humano generi adest, unitus et consparsus suo plasmati secundum placitum Patris, et caro factus, ipse est Jesus Christus Dominus noster, qui passus est pro nobis, et surrexit propter nos; et rursus venturus in gloria Patris, ad resuscitandum universam carnem, et ad ostensionem salutis, et regulam justi judicii ostendere omnibus, qui sub ipso facti sunt. Unus igitur Deus Pater, quemadmodum ostendimus, et unus Christus Jesus Dominus noster, veniens per universam dispositionem, et omnia in semetipsum recapitulans. In omnibus autem est et homo, plasmatio Dei: et hominem ergo in semetipsum recapitulans est, invisibilis visibilis factus, et incomprehensibilis factus comprehensibilis, et impassibilis passibilis, et Verbum homo, universa in semetipsum recapitulans: uti sicut in supercoelestibus, et spiritalibus, et invisibilibus princeps est Verbum Dei; sic et in visibilibus, et corporalibus principatum habeat, in semetipsum primatum assumens, et apponens semetipsum caput Ecclesiae, universa attrahat ad semetipsum apto in tempore.

El Evangelio, pues, no conoce otro Hijo del hombre sino a este que es de María, el cual también padeció; ni tampoco a un Cristo que se fuera volando de Jesús antes de la Pasión; sino que al que nació, Jesucristo, lo conoce como Hijo de Dios, y que este mismo padeció y resucitó, como confirma Juan, el discípulo del Señor, diciendo: Pero estas cosas han sido escritas para que creáis que Jesús es el Hijo de Dios, y para que, creyendo, tengáis vida eterna en su nombre (Jn 20,31); previendo estas reglas blasfemas, que dividen al Señor, en cuanto depende de ellos, diciendo que fue hecho de una sustancia y de otra. Por lo cual también en su epístola nos dio este testimonio: Hijitos, es la última hora; y como oísteis que viene el Anticristo, ahora han surgido muchos anticristos: por donde conocemos que es la última hora. Salieron de nosotros, pero no eran de nosotros: porque si hubieran sido de nosotros, sin duda habrían permanecido con nosotros: pero para que se manifestara que no son de nosotros. Sabed, pues, que toda mentira es extraña, y no es de la verdad. ¿Quién es el mentiroso sino el que niega que Jesús es el Cristo? Este es el Anticristo (1 Jn 2,18-22).

6. Pero como todos los que hemos mencionado, aunque con la lengua confiesan un solo Jesucristo, se burlan de sí mismos, pensando una cosa y diciendo otra (pues sus argumentos son varios, como hemos mostrado), anuncian que uno padeció y nació, y que este es Cristo, y que uno de ellos es del Demiurgo, el que es de la disposición, o el que es de José, al cual sostienen también que es pasible; y que el otro de ellos descendió de los invisibles e inenarrables, y de este afirman que es invisible, incomprensible e impasible; apartándose de la verdad, porque su mente se aleja del que es verdaderamente Dios: sin saber que su Verbo unigénito, que siempre está presente al género humano, unido y amasado juntamente con su hechura según el beneplácito del Padre, y hecho carne, es él mismo Jesucristo nuestro Señor, que padeció por nosotros y resucitó por nosotros, y vendrá de nuevo en la gloria del Padre para resucitar toda carne, y para la mostración de la salvación, y para mostrar la regla del justo juicio a todos los que fueron hechos bajo él. Uno es, pues, Dios Padre, como hemos mostrado, y uno Cristo Jesús nuestro Señor, que viene a través de toda la disposición y recapitula en sí mismo todas las cosas. Pero entre todas las cosas está también el hombre, plasmación de Dios: y así recapitula en sí mismo también al hombre, hecho visible el invisible, y comprensible el incomprensible, y pasible el impasible, y hombre el Verbo, recapitulando en sí mismo todas las cosas: para que, así como entre los seres supracelestes, espirituales e invisibles el Verbo de Dios es príncipe, así también entre los visibles y corporales tenga el principado, y, tomando para sí el primer lugar y poniéndose a sí mismo como cabeza de la Iglesia, atraiga a sí todas las cosas en el tiempo oportuno.

7. Nihil enim incomptum atque intempestivum apud eum, quomodo nec incongruens est apud Patrem. Praecognita sunt enim omnia a Patre, perficiuntur autem a Filio, sicut congruum et consequens est, apto tempore. Propter hoc properante Maria ad admirabile vini signum, et ante tempus volente participare compendii poculo, Dominus repellens ejus intempestivam festinationem, dixit: « Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea; » exspectans eam horam quae est a Patre praecognita. Propter hoc cum saepe vellent eum homines apprehendere: « Nemo, inquit, immisit manus ei: nondum enim venerat hora apprehensionis, » nec tempus passionis, quod praecognitum fuerat a Patre; quemadmodum et Habacuc propheta ait: « In eo cum appropinquarint anni, cognosceris, in adventu temporis ostenderis, in eo quod turbetur anima mea in ira, misericordiae tuae memoraberis. » Sed et Paulus ait: « Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. » Per quod manifestum est, quoniam omnia quae praecognita erant a Patre, ordine, et tempore, et hora praecognita et apta perfecit Dominus noster, unus quidem et idem exsistens, dives autem et multus. Diviti enim et multae voluntati Patris deservit, cum sit ipse Salvator eorum qui salvantur, et Dominus eorum qui sunt sub dominio, et Deus eorum quae constituta sunt, et Unigenitus Patris, et Christus qui praedicatus est, et Verbum Dei incarnatus, cum advenisset plenitudo temporis, in quo filium hominis fieri oportebat Filium Dei.

8. Igitur omnes extra dispositionem sunt, qui sub obtentu agnitionis alterum quidem Jesum intelligunt, alterum autem Christum, et alterum Unigenitum (ab hoc autem rursum esse Verbum); et alterum Salvatorem, quem etiam eorum qui in deminoratione facti sunt Aeones, emissionem esse dicunt hi qui sunt erroris discipuli: qui a foris quidem oves, (per eam enim quam habent extrinsecus loquelam, similes nobis apparent, eadem nobiscum loquentes) intrinsecus vero lupi. Sententia enim eorum homicidialis, deos quidem plures confingens, et patres multos simulans; comminuens autem et per multa dividens Filium Dei: quos et Dominus nobis cavere praedixit, et discipulus ejus Joannes in praedicta Epistola fugere eos praecepit dicens: « Multi seductores exierunt in hunc mundum; qui non confitentur Jesum Christum in carne venisse. Hic est seductor et Antichristus. Videte eos, ne perdatis quod operati estis. » Et rursus in Epistola ait: « Multi pseudo-prophetae exierunt de saeculo.

7. Porque nada hay en él desordenado ni intempestivo, como tampoco hay nada incongruente en el Padre. Porque todas las cosas son conocidas de antemano por el Padre, y llevadas a término por el Hijo, como es congruente y consecuente, en el tiempo oportuno. Por esto, cuando María se apresuraba hacia la admirable señal del vino, y quería antes de tiempo participar de la copa del compendio, el Señor, rechazando su prisa intempestiva, dijo: ¿Qué hay entre tú y yo, mujer? Todavía no ha llegado mi hora (Jn 2,4); esperando aquella hora que estaba conocida de antemano por el Padre. Por esto, cuando muchas veces querían los hombres prenderlo: Nadie, dice, le echó mano: porque aún no había llegado la hora del prendimiento (Jn 7,30), ni el tiempo de la Pasión, que había sido conocido de antemano por el Padre; como dice también el profeta Habacuc: En esto, cuando se acerquen los años, serás conocido; a la llegada del tiempo serás mostrado; en esto, que mi alma se turbe en la ira, te acordarás de tu misericordia (Hab 3,2). Y también Pablo dice: Pero cuando vino la plenitud del tiempo, Dios envió a su Hijo (Gál 4,4). Por lo cual es manifiesto que todo lo que había sido conocido de antemano por el Padre, nuestro Señor lo llevó a término en el orden, el tiempo y la hora preconocidos y oportunos, siendo uno y el mismo, pero rico y múltiple. Porque sirve a la voluntad rica y múltiple del Padre, siendo él mismo el Salvador de los que se salvan, y el Señor de los que están bajo dominio, y el Dios de las cosas que han sido establecidas, y el Unigénito del Padre, y el Cristo que fue predicado, y el Verbo de Dios encarnado, cuando llegó la plenitud del tiempo, en la cual era necesario que el Hijo de Dios se hiciera Hijo del hombre.

8. Están, pues, fuera de la disposición todos los que, so pretexto de conocimiento, entienden que uno es Jesús y otro Cristo, y otro el Unigénito (y que de este, a su vez, procede el Verbo), y otro el Salvador, del cual dicen estos discípulos del error que es emisión de sus Eones, los que fueron hechos en la disminución: los cuales por fuera son ovejas (pues por el lenguaje que tienen exteriormente parecen semejantes a nosotros, diciendo lo mismo que nosotros), pero por dentro lobos. Porque su doctrina es homicida, pues inventa muchos dioses y finge muchos padres, pero desmenuza al Hijo de Dios y lo divide en muchos: de los cuales también el Señor nos advirtió de antemano que nos guardáramos, y su discípulo Juan, en la Epístola antes citada, mandó que huyéramos de ellos, diciendo: Muchos seductores han salido a este mundo, que no confiesan que Jesucristo ha venido en la carne. Este es el seductor y el Anticristo (2 Jn 7). Vigiladlos, para que no perdáis lo que habéis obrado (2 Jn 8). Y otra vez dice en la Epístola: Muchos falsos profetas han salido del siglo.

In hoc cognoscite Spiritum Dei: Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus qui solvit Jesum, non est ex Deo, sed de Antichristo est. » Haec autem similia sunt illi, quod in Evangelio dictum est, quoniam « Verbum caro factum est, et inhabitavit in nobis. » Propter quod rursus in Epistola clamat: « Omnis qui credit quia Jesus est Christus, ex Deo natus est; » unum et eumdem sciens Jesum Christum, cui apertae sunt portae coeli, propter carnalem ejus assumptionem: qui etiam in eadem carne in qua passus est, veniet, gloriam revelans Patris.

9. Et Paulus autem his consentiens, Romanos alloquens, ait: « Multo magis hi, qui abundantiam gratiae et justitiae accipiunt in vitam, regnabunt per unum Jesum Christum. » Nescit ergo eum qui evolavit Christum a Jesu; neque eum novit Salvatorem qui sursum est, quem impassibilem dicunt. Si enim alter quidem passus est, alter autem impassibilis mansit; et alter quidem natus est, alter vero in eum, qui natus est, descendit, et rursus reliquit eum; non unus, sed duo monstrantur. Quoniam autem unum eum, et qui natus est, et qui passus est, Christum Jesum novit Apostolus, in eadem Epistola iterum dicit: « An ignoratis, quoniam quotquot baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ejus baptizati sumus? ut quemadmodum resurrexit Christus a mortuis, sic et nos in novitate vitae ambulemus. »

Rursus autem significans Christum passum, et ipsum esse Filium Dei, qui pro nobis mortuus est, et sanguine suo redemit nos in praefinito tempore, ait: « Utquid enim Christus, cum adhuc essemus infirmi, secundum tempus pro impiis mortuus est? Commendat autem suam dilectionem Deus in nobis, quoniam cum adhuc essemus peccatores, pro nobis Christus mortuus est: multo magis justificati nunc in sanguine ejus, salvi erimus per ipsum ab ira. Si enim cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ejus. » Hunc eumdem qui apprehensus, et passus est, et effudit sanguinem suum pro nobis, hunc Christum, hunc Filium Dei manifestissime annuntians, qui etiam surrexit, et assumptus est in coelos, quemadmodum ipse ait: « Simul autem Christus mortuus est, imo et resurrexit, qui est in dextera Dei. » Et iterum: « Scientes quoniam Christus resurgens a mortuis, jam non moritur. » (Praevidens enim et ipse per Spiritum subdivisiones malorum magistrorum, et omnem ipsorum occasionem dissensionis volens abscindere, ait quae praedicta sunt.) « Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, inhabitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra. »

En esto conoced el Espíritu de Dios: todo espíritu que confiesa que Jesucristo ha venido en la carne es de Dios. Y todo espíritu que disuelve a Jesús no es de Dios, sino que es del Anticristo (1 Jn 4,1-3). Y estas cosas son semejantes a lo que se dijo en el Evangelio: que el Verbo se hizo carne, y habitó en nosotros (Jn 1,14). Por lo cual de nuevo clama en la Epístola: Todo el que cree que Jesús es el Cristo ha nacido de Dios (1 Jn 5,1); conociendo uno y el mismo Jesucristo, al cual se abrieron las puertas del cielo por su elevación en la carne: el cual también vendrá en la misma carne en que padeció, revelando la gloria del Padre.

9. Y también Pablo, concordando con ellos, hablando a los romanos, dice: Mucho más los que reciben la abundancia de la gracia y de la justicia para la vida reinarán por un solo Jesucristo (Rom 5,17). No conoce, pues, al Cristo que se fue volando de Jesús; ni conoce al Salvador que está arriba, del cual dicen que es impasible. Porque si uno padeció y el otro permaneció impasible, y uno nació y el otro descendió sobre el que nació y lo dejó de nuevo, no se muestra uno, sino dos. Y como el Apóstol conocía como uno solo, al que nació y al que padeció, a Cristo Jesús, dice otra vez en la misma Epístola: ¿Ignoráis que cuantos hemos sido bautizados en Cristo Jesús, en su muerte hemos sido bautizados? para que, como Cristo resucitó de entre los muertos, así también nosotros andemos en novedad de vida (Rom 6,3-4).

Y además, significando que Cristo padeció, y que él mismo es el Hijo de Dios, que murió por nosotros y nos redimió con su sangre en el tiempo prefijado, dice: ¿Pues por qué Cristo, cuando aún éramos débiles, murió a su tiempo por los impíos? Pero Dios acredita su amor en nosotros, porque, cuando aún éramos pecadores, Cristo murió por nosotros: mucho más, justificados ahora en su sangre, seremos salvos por él de la ira. Porque si, cuando éramos enemigos, fuimos reconciliados con Dios por la muerte de su Hijo, mucho más, reconciliados, seremos salvos en su vida (Rom 5,6-10). Anunciando con toda claridad que este mismo que fue prendido, y padeció, y derramó su sangre por nosotros, es el Cristo, es el Hijo de Dios, el cual también resucitó y fue elevado a los cielos, como él mismo dice: Pero a la vez Cristo murió, más aún, también resucitó, el cual está a la diestra de Dios (Rom 8,34). Y otra vez: Sabiendo que Cristo, resucitando de entre los muertos, ya no muere (Rom 6,9). (Pues también él, previendo por el Espíritu las subdivisiones de los malos maestros, y queriendo cortar toda ocasión de disensión que ellos tuvieran, dijo lo que se ha citado antes.) Y si el Espíritu de aquel que resucitó a Jesús de entre los muertos habita en vosotros, el que resucitó a Cristo de entre los muertos vivificará también vuestros cuerpos mortales (Rom 8,11).

Unum quod non exclamat ad eos, qui volunt audire: Nolite errare; unus et idem est Christus Jesus Filius Dei, qui per passionem reconciliavit nos Deo, et resurrexit a mortuis, qui est in dextera Patris, et perfectus in omnibus: qui cum vapularet, non repercutiebat; « qui cum pateretur, non est minitatus; » et cum tyrannidem pateretur, rogabat Patrem ut ignosceret his qui se crucifixerant. Ipse enim vere salvavit: ipse est Verbum Dei, ipse Unigenitus a Patre, Christus Jesus Dominus noster.

Caput XVII

Non Christum aut Salvatorem, sed Spiritum sanctum in Jesum descendisse docent apostoli. Cur descenderit, explicatur.

1. Etenim potuerunt dicere apostoli, Christum descendisse in Jesum; aut illum superiorem Salvatorem, in eum qui sit dispositionis; aut illum qui est ab invisibilibus, in eum qui est Demiurgi: sed nihil quidem tale neque scierunt, neque dixerunt; si enim scissent et dixissent utique: quod autem erat, hoc et dixerunt, Spiritum Dei sicut columbam descendisse in eum, hunc Spiritum, de quo ab Isaia dictum est: « Et requiescet super eum Spiritus Dei; » sicut praediximus. Et iterum: « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. » Iste Spiritus, de quo ait Dominus: « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. » Et iterum potestatem regenerationis in Deum dans discipulis, dicebat eis: « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Hunc enim promisit per prophetas effundere in novissimis temporibus super servos et ancillas, ut prophetent: unde et in Filium Dei, filium hominis factum, descendit, cum ipso assuescens habitare in genere humano, et requiescere in hominibus, et habitare in plasmate Dei, voluntatem Patris operans in ipsis, et renovans eos a vetustate in novitatem Christi.

2. Hunc Spiritum petiit David humano generi, dicens: « Et Spiritu principali confirma me. » Quem et descendisse Lucas ait post ascensum Domini super discipulos in Pentecoste, habentem potestatem omnium gentium ad introitum vitae et adapertionem Novi Testamenti: unde et omnibus linguis conspirantes hymnum dicebant Deo, Spiritu ad unitatem redigente distantes tribus, et primitias omnium gentium offerente Patri. Unde et Dominus pollicitus est mittere se Paracletum, qui nos aptaret Deo.

Poco le falta para gritar a los que quieren oír: «No os extraviéis: uno y el mismo es Cristo Jesús, el Hijo de Dios, que por la Pasión nos reconcilió con Dios, y resucitó de entre los muertos, que está a la derecha del Padre, y es perfecto en todo: el cual, cuando era azotado, no devolvía los golpes; el cual, cuando padecía, no amenazó (1 Pe 2,23); y cuando padecía la tiranía, rogaba al Padre que perdonara a los que lo habían crucificado». Porque él verdaderamente salvó: él es el Verbo de Dios, él el Unigénito del Padre, Cristo Jesús nuestro Señor.

Capítulo 17

Los apóstoles enseñan que no fue Cristo ni el Salvador, sino el Espíritu Santo, quien descendió sobre Jesús. Se explica por qué descendió.

1. Porque los apóstoles habrían podido decir que Cristo descendió sobre Jesús; o que aquel Salvador superior descendió sobre el de la disposición; o que el que es de los invisibles descendió sobre el que es del Demiurgo: pero nada semejante supieron ni dijeron; porque, si lo hubieran sabido, sin duda también lo habrían dicho: pero lo que era, eso también dijeron, que el Espíritu de Dios descendió sobre él como paloma, este Espíritu del cual fue dicho por Isaías: Y reposará sobre él el Espíritu de Dios (Is 11,2), como dijimos antes. Y otra vez: El Espíritu del Señor está sobre mí, porque me ha ungido (Is 61,1). Este es el Espíritu del cual dice el Señor: Porque no sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre que habla en vosotros (Mt 10,20). Y otra vez, dando a los discípulos el poder de la regeneración en Dios, les decía: Id, enseñad a todas las naciones, bautizándolas en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo (Mt 28,19). Porque a este prometió por los profetas derramarlo en los últimos tiempos sobre los siervos y las esclavas, para que profetizaran: por lo cual también descendió sobre el Hijo de Dios, hecho Hijo del hombre, acostumbrándose con él a habitar en el género humano, y a reposar en los hombres, y a habitar en la hechura de Dios, obrando en ellos la voluntad del Padre, y renovándolos de la vetustez a la novedad de Cristo.

2. Este Espíritu pidió David para el género humano, diciendo: Y confírmame con el Espíritu principal (Sal 51,14). Y Lucas dice que este descendió sobre los discípulos después de la ascensión del Señor, en Pentecostés, teniendo potestad sobre todas las naciones para la entrada en la vida y la apertura del Nuevo Testamento: por lo cual también, concordes en todas las lenguas, cantaban un himno a Dios, reduciendo el Espíritu a la unidad a las tribus distantes y ofreciendo al Padre las primicias de todas las naciones. Por lo cual también el Señor prometió que enviaría el Paráclito, que nos hiciera aptos para Dios.

Sicut enim de arido tritico massa una fieri non potest sine humore, neque unus panis: ita nec nos multi unum fieri in Christo Jesu poteramus, sine aqua quae de coelo est. Et sicut arida terra, si non percipiat humorem, non fructificat; sic et nos, lignum aridum exsistentes primum nunquam fructificaremus vitam, sine superna voluntaria pluvia. Corpora enim nostra per lavacrum illam, quae est ad incorruptionem, unitatem acceperunt; animae autem per Spiritum. Unde et utraque necessaria, cum utraque proficiunt in vitam Dei, miserante Domino nostro Samaritanae illi praevaricatrici, quae in uno viro non mansit, sed fornicata est in multis nuptiis, et ostendente ei, et pollicente aquam vivam, ut ulterius non sitiret, neque occuparetur ad humectationem aquae laboriosae, habens in se potum salientem in vitam aeternam. Quod Dominus accipiens munus a Patre, ipse quoque his donavit qui ex ipso participantur, in universam terram mittens Spiritum sanctum.

3. Hanc muneris gratiam praevidens Gedeon ille Israelita, quem elegit Deus, ut salvaret populum Israel de potentatu alienigenarum, demutavit petitionem, et super vellus lanae, in quo tantum primum ros fuerat, quod erat typus populi, ariditatem futuram prophetans; hoc est, non jam habituros eos a Deo Spiritum sanctum, sicut Isaias ait: « Et nubibus mandabo ne pluant super eam; » in omni autem terra fieri ros, quod est Spiritus Dei, qui descendit in Dominum, « spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et virtutis, spiritus scientiae et pietatis, spiritus timoris Dei; » quem ipsum iterum dedit Ecclesiae, in omnem terram mittens de coelis Paracletum, ubi et diabolum, tanquam fulgur, projectum ait Dominus. Quapropter necessarius nobis est ros Dei, ut non comburamur, neque infructuosi efficiamur, et ubi accusatorem habemus, illic habeamus et Paracletum: commendante Domino Spiritui sancto suum hominem, qui inciderat in latrones, cui ipse misertus est, et ligavit vulnera ejus, dans duo denaria regalia, ut per Spiritum imaginem et inscriptionem Patris et Filii accipientes, fructificemus creditum nobis denarium, multiplicatum Domino annumerantes.

4. Spiritu itaque descendente super praedictam dispositionem, et Filio Dei unigenito, qui et Verbum est Patris, veniente plenitudine temporis, incarnato in homine propter hominem, et omnem secundum hominem dispositionem implente Jesu Christo Domino nostro, uno et eodem exsistente, sicut et ipse Dominus testatur, et apostoli confitentur, et prophetae annuntiant; mendaces ostensae sunt universae doctrinae eorum, qui octonationes et quaternationes putativas adinvenerunt, et subdivisiones

Porque así como de trigo seco no puede hacerse una sola masa sin humedad, ni un solo pan, así tampoco nosotros, siendo muchos, podíamos llegar a ser uno en Cristo Jesús sin el agua que viene del cielo. Y así como la tierra seca, si no recibe humedad, no fructifica, así también nosotros, siendo al principio árbol seco, nunca daríamos como fruto la vida sin la lluvia voluntaria de lo alto. Porque nuestros cuerpos recibieron por el lavado aquella unidad que es para la incorrupción; y las almas, por el Espíritu. Por lo cual ambas cosas son necesarias, ya que ambas hacen progresar hacia la vida de Dios, habiéndose compadecido nuestro Señor de aquella samaritana prevaricadora, que no permaneció con un solo varón, sino que fornicó en muchos matrimonios, y mostrándole y prometiéndole el agua viva, para que no tuviera ya más sed ni se ocupara en sacar el agua trabajosa, teniendo en sí una bebida que salta hasta la vida eterna. Este don, recibido del Padre, el Señor lo dio también él mismo a los que participan de él, enviando el Espíritu Santo a toda la tierra.

3. Previendo esta gracia del don, aquel israelita Gedeón, a quien Dios eligió para salvar al pueblo de Israel del poder de los extranjeros, cambió su petición, y profetizó la sequedad futura sobre el vellón de lana, en el que al principio solo había habido rocío, que era tipo del pueblo; es decir, que ya no tendrían de Dios el Espíritu Santo, como dice Isaías: Y mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella (Is 5,6); y que en toda la tierra habría rocío, que es el Espíritu de Dios, el cual descendió sobre el Señor, espíritu de sabiduría y de entendimiento, espíritu de consejo y de poder, espíritu de ciencia y de piedad, espíritu de temor de Dios (Is 11,2-3); el cual él a su vez dio a la Iglesia, enviando desde los cielos el Paráclito a toda la tierra, de donde también, dice el Señor, el diablo fue arrojado como un rayo. Por lo cual nos es necesario el rocío de Dios, para que no seamos quemados ni nos volvamos infructuosos, y para que donde tenemos acusador, allí tengamos también al Paráclito: encomendando el Señor al Espíritu Santo a su hombre, el que había caído entre ladrones, del cual él mismo se compadeció, y le vendó las heridas, dando dos denarios regios, para que, recibiendo por el Espíritu la imagen y la inscripción del Padre y del Hijo, hagamos fructificar el denario que se nos ha confiado, devolviéndolo multiplicado al Señor.

4. Descendiendo, pues, el Espíritu sobre la disposición predicha, y viniendo en la plenitud del tiempo el Hijo unigénito de Dios, que es también el Verbo del Padre, encarnado en el hombre por causa del hombre, y cumpliendo Jesucristo nuestro Señor toda la disposición según el hombre, siendo uno y el mismo, como lo atestigua el Señor mismo, y lo confiesan los apóstoles, y lo anuncian los profetas: se han mostrado mentirosas todas las doctrinas de los que inventaron octonarios y cuaternarios aparentes, y excogitaron subdivisiones:

excogitaverunt: qui Spiritum quidem interimunt, alium autem Christum, et alium Jesum intelligunt, et non unum Christum, sed plures fuisse docent: et si unitos eos dixerint, iterum ostendunt eum quidem participasse passionem, hunc autem impassibilem perseverasse; et hunc quidem ascendisse in Pleroma, hunc autem in medietate remansisse; et hunc quidem in invisibilibus et innominabilibus epulari et oblectari, hunc autem assidere Demiurgo, evacuantem eum virtute. Unde oportebit et te, et omnes qui intendunt huic scripturae, et solliciti sunt pro sua salute, non, cum audiunt forinsecus eorum sermones, sponte succumbere. Similia enim loquentes fidelibus, sicut praediximus, non solum dissimilia sapiunt, sed et contraria, et per omnia plena blasphemiis, per quae interficiunt eos, qui per similitudinem verborum dissimile affectionis eorum in se attrahunt venenum: sicut quis aquae mistum gypsum dans pro lacte, seducat per similitudinem coloris, sicut quidam dixit superior nobis, de omnibus qui quolibet modo depravant quae sunt Dei, et adulterant veritatem. In Dei lacte gypsum male miscetur.

Caput XVIII

Redit ad susceptum argumentum, probatque tum ex Pauli, tum ex ipsius Domini verbis, Christum a Jesu dividendum non esse, nec Filium Dei specie tenus, sed vere hominem factum esse.

1. Ostenso manifeste, quod in principio Verbum exsistens apud Deum, per quem omnia facta sunt, qui et semper aderat generi humano, hunc in novissimis temporibus secundum praefinitum tempus a Patre, unitum suo plasmati, passibilem hominem factum; exclusa est omnis contradictio dicentium: Si ergo tunc natus est, non erat ergo ante Christus. Ostendimus enim, quia non tunc coepit Filius Dei, exsistens semper apud Patrem; sed quando incarnatus est, et homo factus, longam hominum expositionem in seipso recapitulavit, in compendio nobis salutem praestans, ut quod perdideramus in Adam, id est secundum imaginem et similitudinem esse Dei, hoc in Christo Jesu reciperemus.

2. Quia enim non erat possibile, eum hominem, qui semel victus fuerat, et elisus per inobedientiam, replasmare et obtinere bravium victoriae; iterum autem impossibile erat, ut salutem perciperet, qui sub peccato ceciderat: utraque operatus est Filius, Verbum Dei exsistens, a Patre descendens, et incarnatus, et usque ad mortem descendens, et dispensationem consummans salutis nostrae, cui credere nos indubitate adhortans, iterum dicit: « Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendit in coelum? hoc est Christum deducere. Aut, quis descendit in abyssum? hoc est Christum a mortuis liberare. »

los cuales suprimen el Espíritu, y entienden que uno es Cristo y otro Jesús, y enseñan que no hubo un solo Cristo, sino muchos: y si dicen que estuvieron unidos, muestran de nuevo que el uno participó de la pasión, pero el otro permaneció impasible; y que el uno subió al Pleroma, pero el otro se quedó en el Medio; y que el uno se banquetea y se deleita entre los invisibles e innombrables, pero el otro se sienta junto al Demiurgo, vaciándolo de poder. Por lo cual será necesario que tanto tú como todos los que atienden a este escrito y se cuidan de su salvación no sucumban espontáneamente cuando oyen por fuera sus discursos. Pues, diciendo cosas semejantes a las de los fieles, como dijimos antes, no solo piensan cosas desemejantes, sino incluso contrarias, y en todo llenas de blasfemias, con las cuales matan a los que, por la semejanza de las palabras, atraen a sí el veneno desemejante de su afecto: como si alguien, dando yeso mezclado con agua en lugar de leche, sedujera por la semejanza del color; como dijo uno que nos precedió acerca de todos los que de cualquier modo corrompen las cosas de Dios y adulteran la verdad: «En la leche de Dios se mezcla malamente el yeso».

Capítulo 18

Vuelve al argumento emprendido, y prueba, tanto por las palabras de Pablo como por las del Señor mismo, que Cristo no ha de separarse de Jesús, y que el Hijo de Dios se hizo hombre no solo en apariencia, sino verdaderamente.

1. Habiéndose mostrado manifiestamente que el Verbo, que existía en el principio junto a Dios, por quien todas las cosas fueron hechas, el cual también estaba siempre presente al género humano, este mismo, en los últimos tiempos, según el tiempo prefijado por el Padre, unido a su hechura, se hizo hombre pasible, queda excluida toda objeción de los que dicen: «Si, pues, entonces nació, entonces no existía Cristo antes». Pues hemos mostrado que el Hijo de Dios no comenzó entonces, existiendo siempre junto al Padre; sino que, cuando se encarnó y se hizo hombre, recapituló en sí mismo el largo despliegue de los hombres, otorgándonos la salvación en compendio, para que lo que habíamos perdido en Adán, es decir, ser según la imagen y semejanza de Dios, esto lo recobráramos en Cristo Jesús.

2. Porque, como no era posible que el hombre que una vez había sido vencido y abatido por la desobediencia fuera plasmado de nuevo y obtuviera el premio de la victoria; y, por otra parte, era imposible que recibiera la salvación el que había caído bajo el pecado: el Hijo obró ambas cosas, siendo el Verbo de Dios, descendiendo del Padre, y encarnándose, y descendiendo hasta la muerte, y llevando a término la dispensación de nuestra salvación; y, exhortándonos a creer en ella sin dudar, dice otra vez: No digas en tu corazón: ¿Quién subió al cielo? Esto es, hacer bajar a Cristo. O: ¿Quién descendió al abismo? Esto es, librar a Cristo de entre los muertos (Rom 10,6-7).

Deinde infert: « Quoniam si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo, quoniam Deus illum excitavit a mortuis, salvus eris. » Et rationem reddidit propter quam haec fecit Verbum Dei, dicens: « In hoc enim Christus et vixit, et mortuus est, et resurrexit, ut vivorum et mortuorum dominetur. » Et iterum ad Corinthios scribens ait: « Nos autem annuntiamus Christum Jesum crucifixum. » Et infert: « Calix benedictionis, quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis est Christi? »

3. Quis est autem qui communicavit nobis de escis? Utrum is qui ab illis affingitur sursum Christus, superextensus Horo, id est fini, et formavit eorum Matrem: an vero qui ex virgine est Emmanuel, qui butyrum et mel manducavit, de quo ait propheta: « Et homo est, et quis cognoscet eum? » Hic idem a Paulo annuntiabatur: « Tradidi enim, inquit, vobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quoniam sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas. » Manifestum est igitur, quoniam Paulus alterum Christum nescit, nisi hunc solum, qui et passus est, et sepultus est, et resurrexit, qui et natus est, quem et hominem dixit. Cum enim dixisset: « Si autem Christus annuntiatur, quoniam a mortuis resurrexit; » intulit, rationem reddens incarnationis ejus: « Quoniam per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. » Et ubique in passione Domini nostri, et humanitate, et mortificatione ejus, Christi usus est nomine, quemadmodum in illo: « Noli esca tua perdere illum, pro quo Christus mortuus est. » Et iterum: « Nunc autem in Christo vos, qui aliquando fuistis longe, facti estis proximi in sanguine Christi. » Et iterum: « Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quoniam scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. » Et iterum: « Et periet infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est, » significans quoniam non Christus impassibilis descendit in Jesum, sed ipse, Jesus Christus cum esset, passus est pro nobis, qui decubuit et resurrexit, qui descendit et ascendit, Filius Dei, filius hominis factus: quemadmodum et ipsum nomen significat. In Christi enim nomine subauditur qui unxit, et ipse qui unctus est, et ipsa unctio in qua unctus est. Et unxit quidem Pater, unctus est vero Filius, in Spiritu, qui est unctio; quemadmodum per Isaiam ait sermo: « Spiritus Dei super me, propter quod unxit me; » significans et ungentem Patrem, et unctum Filium, et unctionem, qui est Spiritus.

Después añade: Que si confiesas con tu boca al Señor Jesús, y crees en tu corazón que Dios lo resucitó de entre los muertos, serás salvo (Rom 10,9). Y dio la razón por la que el Verbo de Dios hizo estas cosas, diciendo: Porque para esto Cristo vivió, y murió, y resucitó, para dominar sobre vivos y muertos (Rom 14,9). Y otra vez, escribiendo a los corintios, dice: Pero nosotros anunciamos a Cristo Jesús crucificado (1 Cor 1,23). Y añade: El cáliz de bendición que bendecimos, ¿no es la comunicación de la sangre de Cristo? (1 Cor 10,16)

3. Pero ¿quién es el que compartió con nosotros los alimentos? ¿Acaso aquel Cristo de arriba que ellos se inventan, extendido sobre Horos, es decir, sobre el límite, y que formó a su Madre; o más bien el que de la virgen es Emmanuel, que comió mantequilla y miel, de quien dice el Profeta: Y es hombre, ¿y quién lo conocerá? (Jer 17,9) Este mismo era anunciado por Pablo: Porque os transmití, dice, ante todo, que Cristo murió por nuestros pecados según las Escrituras, y que fue sepultado, y resucitó al tercer día según las Escrituras (1 Cor 15,3-4). Es manifiesto, pues, que Pablo no conoce otro Cristo sino solo a este, que padeció, y fue sepultado, y resucitó, que también nació, al cual también llamó hombre. Pues, habiendo dicho: Y si se anuncia a Cristo, que resucitó de entre los muertos (1 Cor 15,12), añadió, dando la razón de su encarnación: Porque por el hombre la muerte, y por el hombre la resurrección de los muertos (1 Cor 15,21). Y en todas partes, en la Pasión de nuestro Señor, y en su humanidad, y en la muerte que se le dio, usó el nombre de Cristo, como en aquello: No pierdas con tu comida a aquel por quien Cristo murió (Rom 14,15). Y otra vez: Pero ahora en Cristo vosotros, que en otro tiempo estabais lejos, habéis sido hechos cercanos en la sangre de Cristo (Ef 2,13). Y otra vez: Cristo nos redimió de la maldición de la Ley, hecho maldición por nosotros; porque está escrito: Maldito todo el que cuelga de un madero (Gál 3,13). Y otra vez: Y perecerá en tu ciencia el hermano débil, por quien Cristo murió (1 Cor 8,11); significando que no fue un Cristo impasible el que descendió sobre Jesús, sino que él mismo, siendo Jesucristo, padeció por nosotros, el que se acostó y resucitó, el que descendió y ascendió, el Hijo de Dios hecho Hijo del hombre: como también lo significa el nombre mismo. Porque en el nombre de Cristo se sobrentiende el que ungió, y el mismo que fue ungido, y la unción misma con que fue ungido. Y ungió el Padre, y fue ungido el Hijo, en el Espíritu, que es la unción; como dice la palabra por medio de Isaías: El Espíritu de Dios está sobre mí, porque me ha ungido (Is 61,1); significando al Padre que unge, y al Hijo ungido, y la unción, que es el Espíritu.

4. Et ipse autem Dominus manifestum facit eum, qui est passus. Cum enim interrogasset discipulos: « Quem me homines dicunt esse filium hominis? » Petrus cum respondisset: « Tu es Christus Filius Dei vivi; » et cum laudatus esset ab eo, « Quoniam caro et sanguis non revelavit ei, sed Pater qui est in coelis; » manifestum fecit, quoniam filius hominis hic est Christus Filius Dei vivi: « Ex eo enim, inquit, coepit demonstrare discentibus, quoniam oportet illum Hierosolymam ire, et multa pati a sacerdotibus, et reprobari, et crucifigi, et tertia die resurgere. » Ipse qui agnitus est a Petro Christus, qui eum beatum dixit, quoniam Pater ei revelavit Filium Dei vivi, dixit, semetipsum oportere multa pati et crucifigi: et tunc Petro increpavit, secundum opinionem hominum putanti eum esse Christum, et passionem ejus aversanti, et dixit discipulis: « Si quis vult post me venire, neget se, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvare, perdet illam; et qui eam perdiderit propter me, salvabit eam. » Haec enim Christus manifeste dicebat, ipse exsistens Salvator eorum, qui propter suam confessionem in mortem traderentur, et perderent animas suas.

5. Si autem ipse non erat passurus, sed avolaret a Jesu, quid et adhortabatur discipulos tollere crucem, et sequi se, quam ipse non tollebat secundum ipsos, sed relinquebat dispositionem passionis? Quoniam enim non de agnitione superioris crucis dicit hoc, quemadmodum quidam audent exponere, sed de passione, quam oportebat illum pati, et ipsi discipuli ejus futurum erat ut paterentur, intulit: « Quicunque enim salvaverit animam suam perdet eam; et qui perdiderit, inveniet eam. » Et quoniam passuri erant discipuli ejus propter eum, dicebat Judaeis: « Ecce mitto ad vos prophetas, et sapientes, et doctores, et ex his interficietis, et crucifigetis. » Et discipulis dicebat: « Ante duces et reges stabitis propter me, et ex vobis flagellabunt, et interficient, et persequentur a civitate in civitatem. » Sciebat igitur et eos qui persecutionem passuri essent, sciebat et eos qui flagellari et occidi haberent propter eum. Et non altera de cruce, sed de passione, quam passurus esset ipse prior, post deinde discipuli ejus, erat ergo sermo ejus, adhortantis etiam illos: « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; timete autem magis eum, qui habet potestatem, et corpus, et animam mittere in gehennam; » et servare eas quae essent ad eum confessiones. Etenim ipse confessurum se promittebat coram Patre suo eos, qui confiterentur nomen suum coram hominibus; negaturum autem eos qui negarent eum, et confusurum qui confunderentur confessionem ejus.

Et cum haec ita se habeant, ad tantam temeritatem progressi sunt quidam, ut etiam martyres spernant, et vituperent eos qui propter Domini confessionem occiduntur, et sustinent omnia a Domino praedicta, et secundum hoc conantur vestigia assequi passionis Domini, passibilis martyres facti; quos et concedimus ipsis martyribus. Cum enim inquiretur sanguis eorum, et gloriam consequentur, tunc a Christo confundentur omnes qui inhonoraverunt eorum martyrium.

4. Y el Señor mismo pone de manifiesto quién es el que padeció. Pues, habiendo preguntado a los discípulos: ¿Quién dicen los hombres que soy yo, el Hijo del hombre? y Pedro le respondió: Tú eres el Cristo, el Hijo de Dios vivo; y fue alabado por él, porque no se lo reveló la carne ni la sangre, sino el Padre que está en los cielos (Mt 16,13-17), puso de manifiesto que este Hijo del hombre es el Cristo, el Hijo de Dios vivo: Desde entonces, dice, comenzó a mostrar a los que aprendían que era necesario que él fuera a Jerusalén, y padeciera mucho de parte de los sacerdotes, y fuera reprobado, y fuera crucificado, y resucitara al tercer día (Mt 16,21). Él mismo, que fue reconocido por Pedro como el Cristo, que lo llamó bienaventurado porque el Padre le había revelado al Hijo de Dios vivo, dijo que él mismo tenía que padecer mucho y ser crucificado: y entonces increpó a Pedro, que según el parecer de los hombres pensaba que él era el Cristo y rechazaba su Pasión, y dijo a los discípulos: Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, y tome su cruz, y sígame. Porque el que quiera salvar su vida la perderá; y el que la pierda por mí la salvará (Mt 16,24-25). Porque estas cosas decía Cristo manifiestamente, siendo él mismo el Salvador de los que por su confesión serían entregados a la muerte y perderían sus vidas.

5. Pero si él mismo no había de padecer, sino que se iba a ir volando de Jesús, ¿por qué exhortaba a los discípulos a tomar la cruz y a seguirle, la cual, según ellos, él mismo no tomaba, sino que abandonaba la disposición de la Pasión? Porque, como no dice esto del conocimiento de la Cruz superior, como algunos se atreven a exponer, sino de la pasión que él tenía que padecer y que sus mismos discípulos habían de padecer, añadió: Porque el que salve su vida la perderá; y el que la pierda la hallará (Mt 16,25). Y como sus discípulos habían de padecer por causa de él, decía a los judíos: He aquí que os envío profetas, y sabios, y doctores, y a algunos de ellos mataréis y crucificaréis (Mt 23,34). Y a los discípulos decía: Compareceréis ante gobernadores y reyes por mi causa, y a algunos de vosotros los azotarán, y los matarán, y los perseguirán de ciudad en ciudad (Mt 10,17-18.23). Conocía, pues, a los que habían de padecer persecución, y conocía a los que habían de ser azotados y muertos por causa de él. Y así su palabra no era acerca de otra cruz, sino acerca de la pasión que él mismo había de padecer primero, y después sus discípulos, exhortándolos también a ellos: No temáis a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma; temed más bien a aquel que tiene poder para arrojar el cuerpo y el alma a la gehena (Mt 10,28); y a guardar las confesiones que se refieren a él. Porque prometía que él confesaría delante de su Padre a los que confesaran su nombre delante de los hombres; pero que negaría a los que lo negaran, y se avergonzaría de los que se avergonzaran de confesarlo.

Y siendo así estas cosas, algunos han llegado a tal temeridad que desprecian incluso a los mártires, y vituperan a los que son muertos por confesar al Señor, y que soportan todo lo predicho por el Señor, y según esto se esfuerzan por seguir las huellas de la Pasión del Señor, hechos mártires del que fue pasible; a estos también los dejamos a los mismos mártires. Pues cuando se demande su sangre y alcancen la gloria, entonces todos los que deshonraron su martirio serán confundidos por Cristo.

Et ex hoc autem quod Dominus in cruce dixerit: « Pater, remitte eis, non enim sciunt quid faciunt; » longanimitas, et patientia, et misericordia, et bonitas Christi ostenditur, ut et ipse pateretur, et ipse excusaret eos qui se male tractassent. Verbum enim Dei quod nobis dixit: « Diligite inimicos vestros, et orate pro eis qui vos oderunt; » ipse hoc fecit in cruce, in tantum diligens humanum genus, ut etiam pro his, qui se interficerent, postularet. Si quis autem, quasi duorum exsistentium, judicium de his faciat, invenietur multo melior, et patientior, et vere bonus, qui in vulneribus ipsis, et plagis, et reliquis quae in eum commiserunt, beneficus est, nec memor est in se commissae malitiae, eo qui avolavit, nec ullam injuriam, neque opprobrium passus est.

6. Hoc autem idem et illis occurrit, qui dicunt eum putative passum. Si enim non vere passus est, nulla gratia ei, cum nulla fuerit passio: et nos, cum incipiemus vere pati, seducens videbitur, adhortans nos vapulare, et alteram praebere maxillam, si ipse illud non prior in veritate passus est: et quemadmodum illos seduxit, ut videretur eis ipse hoc quod non erat; et nos seducit, adhortans perferre ea, quae ipse non pertulit. Erimus autem et super magistrum, dum patimur et sustinemus, quae neque passus est, neque sustinuit magister. Sed quoniam solus vere magister Dominus noster; et bonus vere Filius Dei, et patiens, Verbum Dei Patris filius hominis factus. Luctatus est enim, et vicit: erat enim homo pro patribus certans, et per obedientiam inobedientiam persolvens: alligavit enim fortem, et solvit infirmos, et salutem donavit plasmati suo, destruens peccatum. Est enim piissimus et misericors Dominus, et amans humanum genus.

7. Haerere itaque fecit et adunivit, quemadmodum praediximus, hominem Deo. Si enim homo non vicisset inimicum hominis, non juste victus esset inimicus. Rursus autem, nisi Deus donasset salutem, non firmiter haberemus eam. Et nisi homo conjunctus fuisset Deo, non potuisset particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat enim mediatorem Dei et hominum, per suam ad utrosque domesticitatem, in amicitiam et concordiam utrosque reducere, et facere, ut et Deus assumeret hominem, et homo se dederet Deo.

Qua enim ratione filiorum adoptionis ejus participes esse possemus, nisi per Filium eam, quae est ad ipsum, recepissemus ab eo communionem; nisi Verbum ejus communicasset nobis, caro factum? Quapropter et per omnem venit aetatem, omnibus restituens eam, quae est ad Deum communionem. Igitur qui dicunt eum putative manifestatum, neque in carne natum, neque vere hominem factum, adhuc sub veteri sunt damnatione, advocationem praebentes peccato, non devicta secundum eos morte, quae « regnavit ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem transgressionis Adae. »

Y también por esto, que el Señor dijo en la cruz: Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen (Lc 23,34), se muestran la longanimidad, y la paciencia, y la misericordia, y la bondad de Cristo, pues él mismo padecía y él mismo excusaba a los que lo habían maltratado. Porque el Verbo de Dios, que nos dijo: Amad a vuestros enemigos, y orad por los que os odian (Mt 5,44), él mismo lo hizo en la cruz, amando tanto al género humano que pidió incluso por los que lo mataban. Pero si alguien juzgara entre ellos como si fueran dos, se hallará que es mucho mejor, y más paciente, y verdaderamente bueno el que en sus mismas heridas, y golpes, y demás cosas que cometieron contra él, es benéfico y no recuerda la malicia cometida contra él, que el que se fue volando y no padeció ninguna injuria ni oprobio.

6. Y lo mismo les sucede también a los que dicen que padeció en apariencia. Porque si no padeció verdaderamente, no se le debe gratitud alguna, puesto que no hubo pasión: y nosotros, cuando empecemos a padecer verdaderamente, veremos en él a un seductor, que nos exhorta a ser azotados y a presentar la otra mejilla, si él mismo no lo padeció antes en verdad; y así como los sedujo a ellos, para que les pareciera que él era lo que no era, también nos seduce a nosotros, exhortándonos a soportar lo que él mismo no soportó. Y estaremos incluso por encima del maestro, mientras padecemos y soportamos lo que el maestro ni padeció ni soportó. Pero puesto que solo nuestro Señor es verdaderamente maestro; y el Hijo de Dios es verdaderamente bueno y paciente, el Verbo de Dios Padre hecho Hijo del hombre. Porque luchó y venció: pues era hombre que combatía por los padres, y que por la obediencia saldaba la desobediencia: pues ató al fuerte, y desató a los débiles, y dio la salvación a su hechura, destruyendo el pecado. Porque el Señor es piadosísimo y misericordioso, y amante del género humano.

7. Hizo, pues, que el hombre se adhiriera a Dios, y lo aunó con Dios, como dijimos antes. Pues si el hombre no hubiera vencido al enemigo del hombre, el enemigo no habría sido vencido con justicia. Y, por otra parte, si Dios no hubiera dado la salvación, no la tendríamos con firmeza. Y si el hombre no se hubiera juntado a Dios, no habría podido hacerse partícipe de la incorruptibilidad. Porque era necesario que el mediador de Dios y de los hombres, por su parentesco con ambos, condujera de nuevo a ambos a la amistad y a la concordia, e hiciera que Dios asumiera al hombre y el hombre se entregara a Dios.

Porque ¿de qué modo podríamos ser partícipes de su adopción de hijos, si no hubiéramos recibido de él, por medio del Hijo, la comunión con él; si su Verbo, hecho carne, no hubiera comunicado con nosotros? Por lo cual también vino a través de toda edad, restituyendo a todos la comunión con Dios. Por tanto, los que dicen que se manifestó en apariencia, y que ni nació en la carne ni se hizo verdaderamente hombre, están todavía bajo la antigua condenación, abogando por el pecado, pues según ellos no ha sido vencida la muerte, que reinó desde Adán hasta Moisés, aun sobre los que no pecaron a semejanza de la transgresión de Adán (Rom 5,14).

Veniens autem lex, quae data est per Moysem, et testificans de peccato, quoniam peccator est, regnum quidem ejus abstulit, latronem et non regem eum detegens, et homicidam eum ostendit: oneravit autem hominem, qui habebat peccatum in se, reum mortis ostendens eum. Spiritalis enim cum lex esset, manifestavit tantummodo peccatum, non autem interemit: non enim Spiritui dominabatur peccatum, sed homini. Oportebat enim eum qui inciperet occidere peccatum, et mortis reum redimere hominem, id ipsum fieri quod erat ille, id est hominem: qui a peccato quidem in servitium tractus fuerat, a morte vero tenebatur, ut peccatum ab homine interficeretur, et homo exiret a morte. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis, qui primus de terra rudi plasmatus est, peccatores facti sunt multi, et amiserunt vitam; ita oportuit et per obedientiam unius hominis, qui primus de virgine natus est, justificari multos, et percipere salutem. Sic igitur Verbum Dei homo factus est, quemadmodum et Moyses ait: « Deus, vera opera ejus. » Si autem non factus caro, parebat quasi caro, non erat verum opus ejus. Quod autem parebat, hoc et erat; Deus hominis antiquam plasmationem in se recapitulans, ut occideret quidem peccatum, evacuaret autem mortem, et vivificaret hominem: et propter hoc vera opera ejus.

Caput XIX

Jesum Christum non merum hominem exstitisse ex Josephi satu progenitum; sed verum Deum ab altissimo Patre genitum, et verum hominem ex Virgine natum.

1. Rursus autem qui nude tantum hominem eum dicunt ex Joseph generatum, perseverantes in servitute pristinae inobedientiae moriuntur; nondum commisti Verbo Dei Patris, neque per Filium percipientes libertatem, quemadmodum ipse ait: « Si Filius vos manumiserit, vere liberi eritis. » Ignorantes autem eum, qui ex Virgine est Emmanuel, privantur munere ejus, quod est vita aeterna: non recipientes autem Verbum incorruptionis, perseverant in carne mortali, et sunt debitores mortis, antidotum vitae non accipientes. Ad quos Verbum ait, suum munus gratiae narrans: « Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi omnes: vos autem sicut homines moriemini. » Ad eos indubitate dicit, qui non percipiunt munus adoptionis, sed contemnunt incarnationem purae generationis Verbi Dei, fraudantes hominem ab ea ascensione quae est ad Dominum, et ingrati exsistentes Verbo Dei, qui incarnatus est propter ipsos. Propter hoc enim Verbum Dei homo; et qui Filius Dei est, filius hominis factus est, commistus Verbo Dei, ut adoptionem percipiens fiat Filius Dei.

Pero viniendo la Ley, que fue dada por medio de Moisés, y dando testimonio acerca del pecado, de que es pecador, le quitó su reino, descubriéndolo como ladrón y no como rey, y lo mostró homicida: pero cargó al hombre, que tenía en sí el pecado, mostrándolo reo de muerte. Pues, siendo espiritual la Ley, solamente manifestó el pecado, pero no lo destruyó: porque el pecado no dominaba sobre el Espíritu, sino sobre el hombre. Porque era necesario que el que había de dar muerte al pecado y redimir al hombre reo de muerte se hiciera aquello mismo que era aquel, es decir, hombre: el cual había sido arrastrado a la servidumbre por el pecado, y era retenido por la muerte, para que el pecado fuera muerto por un hombre, y el hombre saliera de la muerte. Porque así como por la desobediencia de un solo hombre, que fue el primero plasmado de la tierra inculta, muchos fueron hechos pecadores y perdieron la vida; así también era necesario que por la obediencia de un solo hombre, que fue el primero nacido de una virgen, muchos fueran justificados y recibieran la salvación. Así pues, el Verbo de Dios se hizo hombre, como también dice Moisés: Dios, verdaderas son sus obras (Dt 32,4). Pero si, no habiéndose hecho carne, aparecía como carne, su obra no era verdadera. Pero lo que aparecía, eso también era: Dios que recapitulaba en sí mismo la antigua plasmación del hombre, para dar muerte al pecado, anular la muerte y vivificar al hombre: y por esto sus obras son verdaderas.

Capítulo 19

Que Jesucristo no fue un mero hombre engendrado de la simiente de José, sino Dios verdadero engendrado del altísimo Padre, y hombre verdadero nacido de la Virgen.

1. Y además, los que dicen que él fue un mero hombre engendrado de José mueren perseverando en la servidumbre de la antigua desobediencia; no mezclados todavía con el Verbo de Dios Padre, ni recibiendo por el Hijo la libertad, como él mismo dice: Si el Hijo os libera, seréis verdaderamente libres (Jn 8,36). Y no conociendo al que es Emmanuel de la Virgen, son privados de su don, que es la vida eterna: y no recibiendo al Verbo de la incorrupción, permanecen en la carne mortal y son deudores de la muerte, sin recibir el antídoto de la vida. A ellos dice el Verbo, narrando su propio don de gracia: Yo dije: Dioses sois, e hijos del Altísimo todos: pero vosotros moriréis como hombres (Sal 82,6-7). Lo dice sin duda a los que no reciben el don de la adopción, sino que desprecian la encarnación de la pura generación del Verbo de Dios, defraudando al hombre de aquella ascensión que es hacia el Señor, y siendo ingratos al Verbo de Dios, que se encarnó por ellos. Pues para esto el Verbo de Dios se hizo hombre, y el que es Hijo de Dios, Hijo del hombre: para que [el hombre], mezclado con el Verbo de Dios y recibiendo la adopción, llegue a ser hijo de Dios.

Non enim poteramus aliter incorruptelam et immortalitatem percipere, nisi adunati fuissemus incorruptelae et immortalitati. Quemadmodum autem adunari possemus incorruptelae et immortalitati, nisi prius incorruptela et immortalitas facta fuisset id quod et nos; ut absorberetur, quod erat corruptibile, ab incorruptela, et quod erat mortale, ab immortalitate, ut filiorum adoptionem perciperemus?

2. Propter hoc « generationem ejus quis enarrabit? » quoniam « homo est, et quis agnoscet eum? » Cognoscit autem illum is, cui Pater qui est in coelis revelavit, ut intelligat, quoniam is qui « non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus est » filius hominis, hic est Christus Filius Dei vivi. Quoniam enim nemo in totum ex filiis Adae, Deus appellatur secundum eum, aut Dominus nominatur, ex Scripturis demonstravimus. Quoniam autem ipse proprie praeter omnes qui fuerunt tunc homines, Deus, et Dominus, et Rex aeternus, et Unigenitus, et Verbum incarnatum praedicatur et a prophetis omnibus, et apostolis, et ab ipso Spiritu, adest videre omnibus qui vel modicum de veritate attigerint. Haec autem non testificarentur Scripturae de eo, si, similiter ut omnes, homo tantum fuisset. Sed quoniam praeclaram praeter omnes habuit in se eam, quae est ab altissimo Patre, genituram, praeclara autem functus est et ea, quae est ex Virgine, generatione; utraque Scripturae divinae de eo testificantur: et quoniam homo indecorus et passibilis, et super pullum asinae sedens, aceto et felle potatur, et spernebatur in populo, et usque ad mortem descendit; et quoniam Dominus sanctus, et mirabilis consiliarius, et decorus specie, et Deus fortis, super nubes veniens universorum judex, omnia de eo Scripturae prophetabant

3. Sicut enim homo erat, ut tentaretur; sic et Verbum, ut glorificaretur: requiescente quidem Verbo, ut posset tentari, et inhonorari, et crucifigi, et mori; absorpto autem homine in eo quod vincit, et sustinet, ... et resurgit, et assumitur. Hic igitur Filius Dei Dominus noster, exsistens Verbum Patris, et filius hominis: quoniam ex Maria, quae ex hominibus habebat genus, quae et ipsa erat homo, habuit secundum hominem generationem, factus est filius hominis. Propter hoc et ipse Dominus dedit nobis signum in profundum, in altitudinem sursum, quod non postulavit homo, quia nec speravit virginem praegnantem fieri posse, quae erat virgo, et parere filium, et hunc partum Deum esse nobiscum, et descendere in ea quae sunt deorsum terrae, quaerentem ovem quae perierat, quod quidem erat proprium ipsius plasma, et ascendere in altitudinem,

Porque de otro modo no podíamos recibir la incorrupción y la inmortalidad, si no hubiéramos sido aunados a la incorrupción y a la inmortalidad. ¿Y cómo podríamos ser aunados a la incorrupción y a la inmortalidad, si antes la incorrupción y la inmortalidad no se hubieran hecho lo que también somos nosotros, para que fuera absorbido lo corruptible por la incorrupción, y lo mortal por la inmortalidad, a fin de que recibiéramos la adopción de hijos?

2. Por esto, ¿quién contará su generación? (Is 53,8), porque es hombre, ¿y quién lo reconocerá? (Jer 17,9) Pero lo conoce aquel a quien el Padre que está en los cielos se lo reveló, para que entienda que el que no nació de la voluntad de la carne, ni de la voluntad del varón (Jn 1,13), el Hijo del hombre, este es el Cristo, el Hijo de Dios vivo. Porque que nadie en absoluto de los hijos de Adán es llamado Dios según él, o es nombrado Señor, lo hemos demostrado por las Escrituras. Pero que él mismo, propiamente, por encima de todos los hombres que existieron entonces, es proclamado Dios, y Señor, y Rey eterno, y Unigénito, y Verbo encarnado, tanto por todos los profetas como por los apóstoles y por el mismo Espíritu, lo pueden ver todos los que hayan alcanzado aunque sea un poco de la verdad. Pero las Escrituras no testificarían estas cosas de él si, al igual que todos, hubiera sido solamente hombre. Pero como tuvo en sí, por encima de todos, aquel preclaro engendramiento que es del altísimo Padre, y experimentó también aquella preclara generación que es de la Virgen, las Escrituras divinas testifican de él ambas cosas: que es hombre sin belleza y pasible, y que, sentado sobre un pollino de asna, se le da a beber vinagre y hiel, y era despreciado en el pueblo, y descendió hasta la muerte; y que es Señor santo, y consejero admirable, y hermoso de aspecto, y Dios fuerte, que viene sobre las nubes como juez de todos; todas estas cosas profetizaban de él las Escrituras.

3. Porque así como era hombre para ser tentado, así también era Verbo para ser glorificado: permaneciendo quieto el Verbo, para que pudiera ser tentado, y deshonrado, y crucificado, y morir; pero absorbido el hombre en esto, en que vence, y soporta, ... y resucita, y es elevado. Este es, pues, el Hijo de Dios, nuestro Señor, que es el Verbo del Padre, e Hijo del hombre: porque de María, que tenía su linaje de los hombres y que era también ella misma un ser humano, tuvo la generación según el hombre, se hizo Hijo del hombre. Por esto también el Señor mismo nos dio una señal en lo profundo y en lo alto arriba, que el hombre no pidió, porque ni siquiera esperó que una virgen, siendo virgen, pudiera quedar encinta y dar a luz un hijo, y que este fruto fuera Dios con nosotros, y que descendiera a lo que está abajo de la tierra, buscando la oveja que se había perdido, que era en verdad su propia hechura, y que ascendiera a lo alto, ofreciendo y encomendando al

offerentem et commendantem Patri eum hominem, qui fuerat inventus, primitias resurrectionis hominis in semetipso faciens: ut quemadmodum caput resurrexit a mortuis, sic et reliquum corpus omnis hominis, qui invenitur in vita, impleto tempore condemnationis ejus, quae erat propter inobedientiam, resurgat, per compagines et conjunctiones coalescens, et confirmatum augmento Dei, unoquoque membrorum habente propriam et aptam in corpore positionem. Multae enim mansiones apud Patrem, quoniam et multa membra in corpore.

Caput XX

Deum ex lapsu hominis patefecisse, quam sit patiens, benignus, misericors et potens ad salvandum; atque idcirco ingratissimum esse hominem, si suae sortis acceptique beneficii immemor gratiam non referat.

1. Magnanimus igitur fuit Deus deficiente homine, eam, quae per Verbum esset, victoriam reddendam ei praevidens. Cum enim perficiebatur virtus in infirmitate, benignitatem Dei et magnificentissimam ostendebat virtutem. Sicut enim patienter sustinuit absorberi Jonam a ceto, non ut absorberetur, et in totum periret, sed ut evomitus magis subjiceretur Deo, et plus glorificaret eum, qui insperabilem salutem ei donasset, et firmam poenitentiam faceret Ninivitis, ut converterentur ad Dominum, qui eos liberaret a morte, conterritos ab eo signo, quod factum erat circa Jonam, quemadmodum Scriptura de his dicit: « Et reversi sunt unusquisque a via sua mala, et injustitia, quae erat in manibus eorum, dicentes: Quis scit si poenitebit Deus, et avertat iram suam a nobis, et non peribimus? » Sic et ab initio fuit patiens Deus hominem absorberi a magno ceto, qui fuit auctor praevaricationis, non ut absorptus in totum periret, sed praestruens et praeparans adinventionem salutis, quae facta est a Verbo per signum Jonae, his qui eamdem cum Jona de Domino sententiam habuerunt, et confessi fuerunt, et dixerunt: « Servus Domini ego sum, et Dominum Deum coeli ego colo, qui fecit mare et aridam: » ut insperabilem homo a Deo percipiens salutem, resurgat a mortuis, et clarificet Deum, et eam quae a Jona prophetata est, dicat vocem: « Clamavi ad Dominum Deum meum in tribulatione mea, et exaudivit me de ventre inferni; » et semper permaneat

Padre aquel hombre que había sido hallado, haciendo en sí mismo las primicias de la resurrección del hombre: para que, así como la cabeza resucitó de entre los muertos, así también el resto del cuerpo de todo hombre que se halla en la vida, cumplido el tiempo de su condenación, que era por la desobediencia, resucite, creciendo junto por las junturas y ligaduras, y fortalecido con el crecimiento de Dios, teniendo cada uno de los miembros su propia y adecuada posición en el cuerpo. Porque muchas son las moradas junto al Padre, ya que también son muchos los miembros en el cuerpo.

Capítulo 20

Que por la caída del hombre Dios puso de manifiesto cuán paciente, benigno, misericordioso y poderoso para salvar es; y que, por tanto, el hombre es ingratísimo si, olvidado de su suerte y del beneficio recibido, no da gracias.

1. Longánime fue, pues, Dios cuando el hombre desfalleció, previendo aquella victoria que le había de ser devuelta por medio del Verbo. Porque, al perfeccionarse el poder en la debilidad, mostraba la benignidad de Dios y su magnificentísimo poder. Porque así como soportó con paciencia que Jonás fuera tragado por el monstruo marino, no para que fuera tragado y pereciera del todo, sino para que, vomitado, se sometiera más a Dios, y glorificara más a aquel que le había dado una salvación inesperada, y produjera en los ninivitas una penitencia firme, para que se convirtieran al Señor, que los libraría de la muerte, aterrados por aquella señal que se había obrado en Jonás, como dice de ellos la Escritura: Y se volvieron cada uno de su mal camino, y de la injusticia que había en sus manos, diciendo: ¿Quién sabe si se arrepentirá Dios, y apartará de nosotros su ira, y no pereceremos? (Jon 3,8-9) Así también desde el principio fue paciente Dios en que el hombre fuera tragado por el gran monstruo marino, que fue el autor de la prevaricación, no para que, tragado, pereciera del todo, sino preparando de antemano y disponiendo la invención de la salvación, que fue obrada por el Verbo mediante la señal de Jonás para los que tuvieron acerca del Señor la misma mente que Jonás, y confesaron, y dijeron: Siervo del Señor soy yo, y adoro al Señor, Dios del cielo, que hizo el mar y la tierra seca (Jon 1,9); para que el hombre, recibiendo de Dios una salvación inesperada, resucite de entre los muertos y glorifique a Dios, y diga aquella palabra que fue profetizada por Jonás: Clamé al Señor mi Dios en mi tribulación, y me escuchó desde el vientre del infierno (Jon 2,3); y permanezca siempre glorificando a

glorificans Deum, et sine intermissione gratias referens pro ea salute quam consecutus est ab eo: « ut non glorietur in conspectu Domini omnis caro, » nec unquam de Deo contrarium sensum accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quae circa se esset, incorruptelam, et non tenens veritatem, inani supercilio jactaretur, quasi naturaliter similis esset Deo. Ingratum enim magis eum hoc ei, qui eum fecerat, perficiens et dilectionem quam habebat Deus in hominem offuscabat, et excaecabat sensum suum ad non sentiendum, quod sit de Deo dignum, comparans et aequalem se judicans Deo.

2. Haec ergo fuit magnanimitas Dei, ut per omnia pertransiens homo, et morum agnitionem percipiens, dehinc veniens ad resurrectionem quae est a mortuis, et experimento discens unde liberatus est, semper gratus exsistat Domino, munus incorruptelae consecutus ab eo, ut plus diligeret eum (cui enim plus dimittitur plus diligit): cognoscat autem semetipsum, quoniam mortalis et infirmus est; intelligat autem et Deum, quoniam in tantum immortalis et potens est, uti et mortali immortalitatem et temporali aeternitatem donet: intelligat autem et reliquas virtutes Dei omnes in semetipsum ostensas, per quas edoctus sentiat de Deo, quantus est Deus. Gloria enim hominis, Deus; operationes vero Dei, et omnis sapientiae ejus, et virtutis receptaculum, homo. Quemadmodum medicus in his, qui aegrotant, probatur; sic et Deus in hominibus manifestatur. Quapropter et Paulus ait: « Conclusit autem Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur; » non de spiritalibus Aeonibus dicens hoc, sed de homine qui fuit inobediens Deo, et projectus de immortalitate, dehinc misericordiam consecutus est, per Filium Dei eam, quae est per ipsum, percipiens adoptionem. Hic enim tenens sine inflatione et jactantia veram gloriam de his quae facta sunt, et de eo qui fecit, qui est potentissimus omnium Deus, quique omnibus ut sint praestitit; et manens in dilectione ejus, et subjectione, et gratiarum actione, majorem ab eo gloriam percipiet, provectus accipiens, dum consimilis fiat ejus qui pro eo mortuus est; quoniam et ipse in similitudinem carnis peccati factus est, uti condemnaret peccatum, et jam quasi condemnatum projiceret illud extra carnem; provocaret autem in similitudinem suam hominem, imitatorem eum assignans Deo, et in paternam imponens regulam, ad videndum Deum; et capere Patrem donans Verbum Dei quod habitavit in homine, et Filius hominis factus est, ut assuesceret hominem percipere Deum, et assuesceret Deum habitare in homine, secundum placitum Patris.

Dios, y dando gracias sin cesar por aquella salvación que alcanzó de él, para que ninguna carne se gloríe en la presencia del Señor (1 Cor 1,29); y nunca forme el hombre acerca de Dios un sentido contrario, juzgando que le es propia por naturaleza la incorrupción que había en torno a él, y, no reteniendo la verdad, se jactara con vana altivez, como si fuera por naturaleza semejante a Dios. Porque esto, haciéndolo más ingrato para con aquel que lo había hecho, oscurecía también el amor que Dios tenía al hombre, y cegaba su entendimiento para que no sintiera lo que es digno de Dios, comparándose y juzgándose igual a Dios.

2. Esta fue, pues, la longanimidad de Dios: que el hombre, pasando por todas las cosas, y recibiendo el conocimiento de las costumbres, llegando después a la resurrección que es de entre los muertos, y aprendiendo por experiencia de qué ha sido liberado, sea siempre agradecido al Señor, habiendo alcanzado de él el don de la incorrupción, para que lo amara más (pues aquel a quien más se perdona más ama); y que se conozca a sí mismo, que es mortal y débil; y entienda también a Dios, que es inmortal y poderoso hasta tal punto que da al mortal la inmortalidad y al temporal la eternidad; y entienda también todos los demás poderes de Dios mostrados en él mismo, por los cuales, enseñado, sienta acerca de Dios cuán grande es Dios. Porque la gloria del hombre es Dios; y de las operaciones de Dios, y de toda su sabiduría y poder, el receptáculo es el hombre. Así como el médico se acredita en los que están enfermos, así también Dios se manifiesta en los hombres. Por lo cual también Pablo dice: Pero Dios encerró todas las cosas en la incredulidad, para tener misericordia de todos (Rom 11,32); no diciendo esto de los Eones espirituales, sino del hombre, que fue desobediente a Dios y arrojado de la inmortalidad, y después alcanzó misericordia, recibiendo por el Hijo de Dios la adopción que es por él. Porque este, teniendo sin hinchazón ni jactancia la verdadera gloria acerca de las cosas que han sido hechas y del que las hizo, que es el Dios poderosísimo de todos, y que concedió a todas las cosas que existieran, y permaneciendo en su amor, y sumisión, y acción de gracias, recibirá de él mayor gloria, recibiendo progresos hasta que se haga semejante a aquel que murió por él; porque también él se hizo a semejanza de la carne de pecado, para condenar el pecado, y arrojarlo, como ya condenado, fuera de la carne; y para llamar al hombre a su semejanza, asignándolo como imitador de Dios, y poniéndolo bajo la regla paterna, para ver a Dios; y dando al hombre contener al Padre, el Verbo de Dios, que habitó en el hombre, se hizo también Hijo del hombre, para acostumbrar al hombre a recibir a Dios, y acostumbrar a Dios a habitar en el hombre, según el beneplácito del Padre.

3. Propter hoc ergo signum salutis nostrae eum, qui ex Virgine Emmanuel, est ipse Dominus: quoniam ipse Dominus erat qui salvabat eos, quia per semetipsos non habebant salvari. Et propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait: « Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum; » significans, quoniam non a nobis, sed a Deo est bonum salutis nostrae. Et iterum: « Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? » Deinde infert liberatorem: « Gratia Jesu Christi Domini nostri. » Hoc autem et Isaias: « Confortamini, inquit, manus resolutae, et genua debilia: adhortamini, pusillanimes sensu, confortamini, ne timeatis: ecce, Deus noster judicium retribuit, et retributurus est: ipse veniet, et salvabit nos. » Hoc, quoniam non a nobis, sed a Dei adjumento habuimus salvari.

4. Rursus, quoniam neque homo tantum erit, qui salvat nos, neque sine carne (sine carne enim angeli sunt), praedicavit enim, dicens: « Neque senior, neque angelus, sed ipse Dominus salvabit eos, quoniam diligit eos, et parcet eis, ipse liberabit eos. » Et quoniam hic ipse homo verus visibilis incipiet esse, cum sit Verbum salutare, rursus Isaias ait: « Ecce, Sion civitas, salutare nostrum oculi tui videbunt. » Et quoniam non solum homo erat, qui moriebatur pro nobis, Isaias ait: « Et commemoratus est Dominus sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepultionis: et descendit ad eos evangelizare salutem quae est ab eo, ut salvaret eos. » Hoc autem idem et Amos propheta ait: « Ipse convertetur, et miserebitur nostri: dissolvet injustitias nostras, et projiciet in altitudinem maris peccata nostra. » Et rursus significans locum adventus ejus, ait: « Dominus ex Sion locutus est, et ex Hierusalem dedit vocem suam. » Et quoniam ex ea parte, quae est secundum Africum haereditatis Judae, veniet Filius Dei, qui Deus est, et qui erat ex Bethleem, ubi natus est Dominus, in omnem terram emittet laudationem ejus, sicut ait Habacuc propheta: « Deus ab Africo veniet, et sanctus de monte Ephrem. Cooperuit coelum virtus ejus, et laudatione ejus plena est terra. Ante faciem ejus praeibit Verbum, et progredientur in campis pedes ejus. » Manifeste significans, quoniam Deus, et quoniam in Bethleem adventus ejus, et ex monte Ephrem, qui est secundum Africum haereditatis, et quoniam homo. « Progredientur enim, inquit, in campis pedes ejus: » hoc autem signum proprium hominis.

Caput XXI

Prophetiam Isaiae vii, 14, a prava interpretatione Theodotionis, Aquilae, Ebionitarum, ac Judaeorum vindicat, auctoritatemque versionis Septuaginta interpretum commendat, ac demum pluribus argumentis confirmat Christum e virgine natum esse.

3. Por esto, pues, la señal de nuestra salvación, el que es Emmanuel de la Virgen, es el Señor mismo: porque el Señor mismo era el que los salvaba, ya que por sí mismos no podían salvarse. Y por esto Pablo, anunciando la debilidad del hombre, dice: Porque sé que en mi carne no habita el bien (Rom 7,18); significando que el bien de nuestra salvación no es de nosotros, sino de Dios. Y otra vez: ¡Desdichado de mí, hombre! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? (Rom 7,24) Después introduce al libertador: La gracia de Jesucristo nuestro Señor (Rom 7,25). Y esto también Isaías: Confortaos, dice, manos flojas y rodillas débiles: animaos, pusilánimes de entendimiento, confortaos, no temáis: he aquí que nuestro Dios retribuye el juicio, y lo retribuirá: él mismo vendrá y nos salvará (Is 35,3-4). Esto, porque no por nosotros mismos, sino por la ayuda de Dios, habíamos de ser salvados.

4. Además, como el que nos salva no sería solamente hombre, ni sin carne (porque sin carne son los ángeles), lo predicó diciendo: Ni un anciano ni un ángel, sino el Señor mismo los salvará, porque los ama, y los perdonará; él mismo los liberará (Is 63,9). Y como este mismo había de ser hombre verdadero, visible, siendo el Verbo salvador, dice otra vez Isaías: He aquí, Sion, la ciudad: tus ojos verán nuestro poder salvador (Is 33,20). Y como no era solamente hombre el que moría por nosotros, dice Isaías: Y el Señor, el Santo de Israel, se acordó de sus muertos, que se habían dormido en la tierra de la sepultura; y descendió a ellos para anunciarles la buena nueva de la salvación que viene de él, para salvarlos. Y lo mismo dice también el profeta Amós: Él mismo se volverá, y tendrá misericordia de nosotros: deshará nuestras injusticias, y arrojará nuestros pecados a lo profundo del mar (Miq 7,19). Y otra vez, significando el lugar de su venida, dice: El Señor ha hablado desde Sion, y desde Jerusalén ha dejado oír su voz (Am 1,2). Y que el Hijo de Dios, que es Dios, vendrá de aquella parte de la heredad de Judá que está hacia el Ábrego, y que el que era de Belén, donde nació el Señor, enviará su alabanza a toda la tierra, como dice el profeta Habacuc: Dios vendrá del Ábrego, y el Santo del monte Efraín. Su poder cubrió el cielo, y la tierra está llena de su alabanza. Ante su faz irá el Verbo, y sus pies avanzarán por los campos (Hab 3,3-5). Significando manifiestamente que es Dios, y que su venida es en Belén, y desde el monte Efraín, que está hacia el Ábrego de la heredad, y que es hombre. Porque, dice, sus pies avanzarán por los campos (Hab 3,5): y esto es señal propia del hombre.

Capítulo 21

Defiende la profecía de Is 7,14 de la torcida interpretación de Teodoción, de Áquila, de los ebionitas y de los judíos, encarece la autoridad de la versión de los Setenta intérpretes, y por fin confirma con muchos argumentos que Cristo nació de una virgen.

1. Deus igitur homo factus est, et ipse Dominus salvabit nos, ipse dans Virginis signum. Non ergo vera est quorumdam interpretatio, qui ita audent interpretari Scripturam: « Ecce adolescentula in ventre habebit, et pariet filium; » quemadmodum Theodotion Ephesius est interpretatus, et Aquila Ponticus, utrique Judaei proselyti; quos sectati Ebionei, ex Joseph generatum eum dicunt: tantam dispositionem Dei dissolventes, quantum ad ipsos est; frustrantes prophetarum testimonium, quod operatus est Deus. Prophetatum est quidem, priusquam in Babylonem fieret populi transmigratio, id est, antequam Medi et Persae acciperent principatum: interpretatum vero in Graeco ab ipsis Judaeis multum ante tempora adventus Domini nostri, ut nulla relinquatur suspicio, ne forte morem nobis gerentes Judaei, haec ita sint interpretati. Qui quidem si cognovissent nos futuros, et usuros his testimoniis quae sunt ex Scripturis, nunquam dubitassent ipsi suas comburere Scripturas, quae et reliquas omnes gentes manifestant participare vitae, et eos qui gloriantur domum se esse Jacob, et populum Israel, et exhaereditatos ostendunt a gratia Dei.

2. Prius enim quam Romani possiderent regnum suum, adhuc Macedonibus Asiam possidentibus, Ptolemaeus Lagi filius, cupiens eam bibliothecam, quae a se fabricata esset in Alexandria, omnium hominum dignis conscriptionibus ornare, petiit ab Hierosolymitis in Graecum sermonem interpretatas habere Scripturas eorum. Illi vero (obediebant enim tunc adhuc Macedonibus), eos quos habebant perfectiores Scripturarum intellectores et utriusque loquelae, septuaginta seniores miserunt Ptolemaeo, facturos hoc quod ipse voluisset. Ille autem experimentum eorum sumere volens, et metuens ne forte consentientes, eam veritatem, quae esset in Scripturis, absconderent per interpretationem; separans eos ab invicem, jussit omnes eamdem interpretari Scripturam: et hoc in omnibus libris fecit. Convenientibus autem ipsis in unum apud Ptolemaeum, et comparantibus suas interpretationes, Deus glorificatus est, et Scripturae vere divinae creditae sunt, omnibus eadem, et eisdem verbis, et eisdem nominibus, recitantibus ab initio usque ad finem, uti et praesentes gentes cognoscerent, quoniam per aspirationem Dei interpretatae sunt Scripturae. Et non esse mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi, quae facta est a Nabuchodonosor, corruptis Scripturis, et post septuaginta annos Judaeis descendentibus in regionem suam, post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis inspiravit Esdrae sacerdoti tribus Levi, praeteritorum prophetarum omnes rememorare sermones, et restituere populo eam legem, quae data est per Moysem.

1. Dios, pues, se hizo hombre, y el Señor mismo nos salvará, dando él mismo la señal de la Virgen. No es, pues, verdadera la interpretación de algunos que se atreven a traducir así la Escritura: He aquí que una joven tendrá en el seno, y dará a luz un hijo; como lo tradujeron Teodoción de Éfeso y Áquila del Ponto, ambos prosélitos judíos; siguiendo a los cuales, los ebionitas dicen que él fue engendrado de José: disolviendo, en cuanto depende de ellos, tan grande disposición de Dios, y anulando el testimonio de los profetas, que Dios obró. Fue profetizado, ciertamente, antes de que tuviera lugar la transmigración del pueblo a Babilonia, es decir, antes de que los medos y persas recibieran el principado; pero fue traducido al griego por los mismos judíos mucho antes de los tiempos de la venida de nuestro Señor, para que no quede ninguna sospecha de que tal vez los judíos, por complacernos, lo tradujeran así. Y ellos, si hubieran sabido que nosotros habíamos de existir y de usar estos testimonios que hay en las Escrituras, nunca habrían dudado en quemar ellos mismos sus Escrituras, las cuales manifiestan que todas las demás naciones participan de la vida, y muestran que los que se glorían de ser la casa de Jacob y el pueblo de Israel están desheredados de la gracia de Dios.

2. Porque antes de que los romanos poseyeran su reino, cuando aún los macedonios poseían el Asia, Tolomeo hijo de Lago, deseando adornar la biblioteca que él había construido en Alejandría con los escritos dignos de todos los hombres, pidió a los jerosolimitanos tener sus Escrituras traducidas a la lengua griega. Ellos (pues obedecían todavía entonces a los macedonios) enviaron a Tolomeo setenta ancianos, los más perfectos que tenían en el entendimiento de las Escrituras y en ambas lenguas, para hacer lo que él quisiera. Pero él, queriendo ponerlos a prueba, y temiendo que tal vez, poniéndose de acuerdo, ocultaran por la traducción la verdad que había en las Escrituras, los separó unos de otros y mandó a todos traducir la misma Escritura: y esto lo hizo en todos los libros. Y reuniéndose ellos ante Tolomeo, y comparando sus traducciones, Dios fue glorificado, y las Escrituras fueron creídas verdaderamente divinas, pues todos recitaban lo mismo, con las mismas palabras y los mismos nombres, desde el principio hasta el fin, para que también las naciones presentes conocieran que las Escrituras habían sido traducidas por inspiración de Dios. Y no es de admirar que Dios obrara esto en ellos, puesto que, en aquella cautividad del pueblo que tuvo lugar bajo Nabucodonosor, cuando las Escrituras habían sido corrompidas, y los judíos, después de setenta años, habían bajado a su región, después, en los tiempos de Artajerjes, rey de los persas, inspiró a Esdras, sacerdote de la tribu de Leví, que recordara todas las palabras de los profetas pasados y restituyera al pueblo la Ley que fue dada por medio de Moisés.

3. Cum tanta igitur veritate et gratia Dei interpretatae sint Scripturae, ex quibus praeparavit et reformavit Deus fidem nostram, quae in Filium ejus est, et servavit nobis simplices Scripturas in Aegypto, in qua adolevit et domus Jacob, effugiens famem, quae fuit in Chanaan, in qua et Dominus noster servatus est effugiens eam persecutionem quae erat ab Herode; et haec earum Scripturarum interpretatio priusquam Dominus noster descenderet, facta sit, et antequam Christiani ostenderentur, interpretata sit (natus est enim Dominus noster circa primum et quadragesimum annum Augusti imperii, multo autem vetustior fuit Ptolemaeus, sub quo interpretatae sunt Scripturae); vere impudorati et audaces ostenduntur, qui nunc volunt aliter interpretationes facere, quando ex ipsis Scripturis arguantur a nobis, et in fidem adventus Filii Dei concludantur. Firma est autem, et non ficta, et sola vera, quae secundum nos est fides, manifestam ostensionem habens ex his Scripturis, quae interpretatae sunt illo modo, quo praediximus; et Ecclesiae annuntiatio sine interpolatione. Etenim apostoli, cum sint his omnibus vetustiores, consonant praedictae interpretationi, et interpretatio consonat apostolorum traditioni. Etenim Petrus, et Joannes, et Matthaeus, et Paulus, et reliqui deinceps, et horum sectatores, prophetica omnia ita annuntiaverunt, quemadmodum seniorum interpretatio continet.

4. Unus enim et idem Spiritus Dei, qui in prophetis quidem praeconavit, quis et qualis esset adventus Domini, in senioribus autem interpretatus est bene quae bene prophetata fuerant; ipse et in apostolis annuntiavit plenitudinem temporum adoptionis venisse, et proximasse regnum coelorum, et inhabitare intra homines credentes in eum, qui ex Virgine natus est, Emmanuel, quemadmodum ipsi testificantur, quoniam priusquam convenisset Joseph cum Maria (manente igitur ea in virginitate), « inventa est in utero habens de Spiritu sancto; » et quoniam dixit ei Gabriel angelus: « Spiritus sanctus adveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te: quapropter quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei; » et quoniam angelus in somnis dixit ad Joseph: « Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est ab Isaia propheta: Ecce virgo in utero concipiet. » Seniores autem sic interpretati sunt dixisse Isaiam: « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum deorsum, aut in altitudinem sursum. Et dixit Achaz: Non postulabo, nec tentabo Dominum. Et dixit: Non pusillum vobis agonem praebere hominibus, et quemadmodum Dominus praestat agonem? Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo in ventre accipiet, et pariet filium, et vocabitis nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel manducabit: priusquam cognoscat aut eligat mala, commutabit bonum: quoniam priusquam cognoscat infans bonum vel malum, non consentiet nequitiae, uti eligat bonum. »

3. Habiendo sido, pues, traducidas las Escrituras con tanta verdad y gracia de Dios, a partir de las cuales Dios preparó y reformó nuestra fe, que es en su Hijo, y nos conservó las Escrituras puras en Egipto, donde también creció la casa de Jacob, huyendo del hambre que hubo en Canaán, donde también nuestro Señor fue preservado, huyendo de la persecución que venía de Herodes; y habiéndose hecho esta traducción de aquellas Escrituras antes de que nuestro Señor descendiera, y habiéndose acabado antes de que aparecieran los cristianos (pues nuestro Señor nació hacia el año cuarenta y uno del imperio de Augusto, y Tolomeo, bajo el cual fueron traducidas las Escrituras, fue mucho más antiguo), verdaderamente desvergonzados y audaces se muestran los que ahora quieren hacer otras traducciones, cuando son refutados por nosotros a partir de las mismas Escrituras y encerrados en la fe de la venida del Hijo de Dios. Pero firme, y no fingida, y la única verdadera es la fe que es la nuestra, que tiene una demostración manifiesta a partir de estas Escrituras, que fueron traducidas del modo que dijimos antes; y el anuncio de la Iglesia es sin interpolación. Porque los apóstoles, siendo más antiguos que todos estos, concuerdan con la traducción predicha, y la traducción concuerda con la tradición de los apóstoles. Porque Pedro, y Juan, y Mateo, y Pablo, y los demás sucesivamente, y sus seguidores, anunciaron todas las cosas proféticas tal como las contiene la traducción de los ancianos.

4. Porque uno y el mismo Espíritu de Dios, que en los profetas pregonó cuál y cómo sería la venida del Señor, y en los ancianos tradujo bien lo que bien había sido profetizado, él mismo anunció también en los apóstoles que había llegado la plenitud de los tiempos de la adopción, y que se había acercado el reino de los cielos, y que habita dentro de los hombres que creen en el que nació de la Virgen, Emmanuel; como ellos mismos testifican que, antes de que José conviviera con María (permaneciendo, pues, ella en la virginidad), se halló encinta del Espíritu Santo (Mt 1,18); y que le dijo el ángel Gabriel: El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y el poder del Altísimo te cubrirá con su sombra: por lo cual lo santo que nacerá de ti será llamado Hijo de Dios (Lc 1,35); y que el ángel dijo en sueños a José: Esto sucedió para que se cumpliera lo dicho por el profeta Isaías: He aquí que una virgen concebirá en el seno (Mt 1,22-23). Y los ancianos tradujeron así lo que dijo Isaías: Y volvió el Señor a hablar a Acaz: Pide para ti una señal al Señor tu Dios, en lo profundo abajo, o en lo alto arriba. Y dijo Acaz: No la pediré, ni tentaré al Señor. Y dijo: ¿No es poca cosa para vosotros presentar certamen a los hombres, y cómo presenta certamen el Señor? Por esto el Señor mismo os dará una señal. He aquí que una virgen recibirá en el seno, y dará a luz un hijo, y llamaréis su nombre Emmanuel. Comerá mantequilla y miel: antes de que conozca o elija lo malo, lo cambiará por el bien: porque antes de que el infante conozca el bien o el mal, no consentirá en la maldad, para elegir el bien (Is 7,10-16).

Diligenter igitur significavit Spiritus sanctus per ea quae dicta sunt, generationem ejus, quae est ex Virgine, et substantiam, quoniam Deus (Emmanuel enim nomen hoc significat): et manifestat quoniam homo, in eo quod dicit: « Butyrum et mel manducabit; » et in eo quod infantem nominat eum, et, « priusquam cognoscat bonum et malum: » haec enim omnia signa sunt hominis infantis. Quod autem « non consentiet nequitiae, ut eligat bonum, » proprium hoc est Dei, uti non per hoc quod manducabit butyrum et mel, nude solummodo eum hominem intelligeremus, neque rursus per nomen Emmanuel, sine carne eum Deum suspicaremur.

5. Et in eo quod dicit: « Audite domus David; » significantis erat, quoniam quem promisit Deus David, de fructu ventris ejus aeternum suscitaturum se regem, hic est qui ex Virgine quae fuit de genere David, generatus est.

Propter hoc enim et de fructu ventris ejus regem promisit, quod erat proprium Virginis praegnantis; et non de fructu lumborum ejus, nec de fructu renum ejus, quod est proprium viri generantis, et mulieris ex viro conceptionem facientis. Circumscripsit igitur genitalia viri in promissione Scriptura: imo vero nec commemoratur, quoniam non ex voluntate viri erat, qui nascebatur. Statuit autem et confirmavit fructum ventris, ut generationem ejus, qui erat futurus ex virgine, pronuntiaret, quemadmodum Elizabeth impleta Spiritu sancto testificata est, dicens ad Mariam: « Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui; » significante Spiritu sancto audire volentibus, repromissionem quam repromisit Deus, de fructu ventris ejus suscitare regem, impletam esse in Virginis, hoc est in Mariae partu. Qui igitur transmutant id quod apud Isaiam: « Ecce adolescentula in ventre concipiet; » et Joseph filium eum volunt esse, illud transmutent quod est repromissionis, quod apud David positum est ubi promisit illi Deus, de fructu ventris ejus suscitare cornu, Christi regnum. Sed non intellexerunt: caeterum autem hoc quoque ausi fuissent demutare.

6. Quod autem dixerit Isaias: « In profundum deorsum, vel in altitudinem sursum; » significantis fuit, quoniam « qui descendebat, ipse erat et qui ascendebat. » In eo autem quod dixerit: « Ipse Dominus dabit signum; » id quod erat inopinatum generationis ejus significavit, quod nec factum esset aliter, nisi Deus Dominus omnium Deus ipse dedisset signum in domo David. Quid enim magnum, aut quod signum fieret in eo, quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod evenit omnibus quae pariunt mulieribus? Sed quoniam inopinata salus hominibus inciperet fieri, Deo adjuvante, inopinatus et partus Virginis fiebat, Deo dante signum hoc, sed non homine operante illud.

Cuidadosamente, pues, significó el Espíritu Santo, por lo que se ha dicho, su generación, que es de la Virgen, y su sustancia, que es Dios (pues esto significa el nombre Emmanuel): y manifiesta que es hombre, en cuanto dice: Comerá mantequilla y miel; y en cuanto lo llama infante, y antes de que conozca el bien y el mal: pues todas estas son señales de un hombre infante. Pero que no consentirá en la maldad, para elegir el bien, esto es propio de Dios; para que no entendiéramos, por el hecho de que comerá mantequilla y miel, que es solamente un mero hombre, ni tampoco, por el nombre Emmanuel, sospecháramos que es Dios sin carne.

5. Y en cuanto dice: Oíd, casa de David (Is 7,13), significaba que aquel que Dios prometió a David que suscitaría del fruto de su vientre como rey eterno es el que fue engendrado de la Virgen, que era del linaje de David.

Por esto, en efecto, prometió también un rey del fruto de su vientre, lo cual era propio de la Virgen encinta; y no del fruto de sus lomos, ni del fruto de sus riñones, lo cual es propio del varón que engendra, y de la mujer que concibe del varón. La Escritura, pues, dejó fuera en la promesa los órganos genitales del varón: más aún, ni siquiera se mencionan, porque el que nacía no era de la voluntad del varón. Pero estableció y confirmó el fruto del vientre, para proclamar la generación del que había de ser de una virgen, como Isabel, llena del Espíritu Santo, testificó diciendo a María: Bendita tú entre las mujeres, y bendito el fruto de tu vientre (Lc 1,42); significando el Espíritu Santo a los que quieren oír que la promesa que Dios prometió, de suscitar un rey del fruto de su vientre, se cumplió en el parto de la Virgen, es decir, de María. Los que, pues, alteran lo que está en Isaías: He aquí que una joven concebirá en el seno; y pretenden que él sea hijo de José, alteren lo que es de la promesa, que está puesto en David, donde Dios le prometió suscitar del fruto de su vientre un cuerno, el reino de Cristo. Pero no lo entendieron: de otro modo, se habrían atrevido a cambiar también esto.

6. Y que Isaías dijera: En lo profundo abajo, o en lo alto arriba (Is 7,11), significaba que el que descendía era el mismo que también ascendía (Ef 4,10). Y en cuanto dijo: El Señor mismo dará una señal (Is 7,14), significó lo que había de inesperado en su generación, que no habría sucedido de otro modo, si Dios, el Señor de todas las cosas, Dios mismo, no hubiera dado una señal en la casa de David. Porque ¿qué de grande, o qué señal habría en esto, en que una joven, concibiendo de varón, hubiera dado a luz, cosa que sucede a todas las mujeres que dan a luz? Pero como una salvación inesperada había de producirse para los hombres, con la ayuda de Dios, también el parto de la Virgen era inesperado, dando Dios esta señal, y no obrándola el hombre.

7. Propter hoc autem et Daniel praevidens ejus adventum, lapidem sine manibus abscissum advenisse in hunc mundum (hoc est enim quod, « sine manibus ») significabat; quod non operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum qui solent lapides caedere, in hunc mundum ejus adventus erat, id est, non operante in eum Joseph, sed sola Maria cooperante dispositioni. Hic enim lapis a terra, ex virtute et arte constat Dei. Propter hoc autem et Isaias ait: « Sic dicit Dominus: Ecce, ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honorificum; » uti non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, adventum ejus qui secundum hominem est, intelligamus.

8. Propter hoc autem et Moyses ostendens typum, projecit virgam in terram, ut ea incarnata omnem Aegyptiorum praevaricationem, quae insurgebat adversus Dei dispositionem, argueret et absorberet: et ut ipsi Aegyptii testificarentur, quoniam digitus est Dei, qui salutem operatur populo, et non Josephi filius. Si enim Joseph filius esset, quemadmodum plus poterat quam Salomon, aut plus quam Jonas habere, aut plus esse David, cum esset ex eadem seminatione generatus, et proles exsistens ipsorum? Ut quid autem et beatum dicebat Petrum, quod eum cognosceret esse Filium Dei vivi?

9. Super haec autem nec rex esse posset, si quidem Joseph filius fuisset; nec haeres, secundum Jeremiam. Joseph enim Joachim et Jechoniae filius ostenditur, quemadmodum et Matthaeus generationem ejus exponit. Jechonias autem, et qui ab eo, omnes abdicati sunt a regno, Jeremia dicente sic: « Vivo ego, dicit Dominus, si factus fuerit Jechonias filius Joachim, rex Juda, signaculum in manu dextera mea, inde abstraham eum, et tradam eum in manu quaerentium animam tuam. » Et iterum: « Inhonoratus est Jechonias, quemadmodum vas quod non est opus, quoniam projectus est in terram, quam non sciebat. Terra, audi sermonem Domini: scribe virum hunc abdicatum hominem, quoniam non augebit de semine ejus sedens super thronum David, princeps in Juda. » Et iterum Deus ait super Joachim patrem ejus: « Propter hoc sic dicit Dominus super Joachim patrem ejus, regem Judaeae: Non enim erit ex eo sedens super thronum David, et mortificatum ejus erit projectum in aestu diei, et in glacie noctis, et respiciam super eum, et super filios ejus, et inferam super eos, et super inhabitantes Jerusalem, super terram Juda, omnia mala, quae locutus sum super eos. » Qui ergo eum dicunt ex Joseph generatum, et in eo habere spem, abdicatos se faciunt a regno, sub maledictione et increpatione decidentes, quae erga Jechoniam et in semen ejus. Propter hoc enim dicta sunt haec de Jechonia, spiritu praesciente ea quae a malis doctoribus dicuntur: uti discant, quoniam ex semine ejus, id est ex Joseph, non erit natus, sed secundum repromissionem Dei de ventre David suscitatur rex aeternus, qui recapitulatur omnia in se, et antiquam plasmationem in se recapitulatus est.

7. Por esto también Daniel, previendo su venida, significaba que una piedra cortada sin manos había venido a este mundo (pues esto es lo que significa sin manos); que su venida a este mundo no fue obrando manos humanas, es decir, de aquellos hombres que suelen labrar piedras; esto es, no obrando José en él, sino cooperando sola María con la disposición. Porque esta piedra de la tierra consta del poder y del arte de Dios. Por esto también Isaías dice: Así dice el Señor: He aquí que yo pongo en los cimientos de Sion una piedra preciosa, escogida, suprema, angular, honrosa (Is 28,16); para que entendamos que su venida según el hombre no es de la voluntad del varón, sino de la voluntad de Dios.

8. Por esto también Moisés, mostrando un tipo, arrojó la vara a tierra, para que, encarnada ella, refutara y absorbiera toda la prevaricación de los egipcios, que se levantaba contra la disposición de Dios; y para que los mismos egipcios testificaran que es el dedo de Dios el que obra la salvación para el pueblo, y no el hijo de José. Porque, si fuera hijo de José, ¿cómo podría tener más que Salomón, o más que Jonás, o ser más que David, siendo engendrado de la misma simiente y siendo descendencia de ellos? ¿Y por qué llamaba también bienaventurado a Pedro, porque lo conocía como Hijo de Dios vivo?

9. Además de esto, ni podría ser rey, si hubiera sido hijo de José; ni heredero, según Jeremías. Porque José se muestra hijo de Joaquín y de Jeconías, como también Mateo expone su generación. Pero Jeconías, y los que vienen de él, todos fueron desechados del reino, diciendo así Jeremías: Vivo yo, dice el Señor, que si Jeconías, hijo de Joaquín, rey de Judá, llegara a ser anillo de sello en mi mano derecha, de allí lo arrancaré, y lo entregaré en mano de los que buscan tu vida (Jer 22,24-25). Y otra vez: Deshonrado está Jeconías, como vasija que no sirve, porque ha sido arrojado a una tierra que no conocía. Tierra, oye la palabra del Señor: escribe a este varón como hombre desechado, porque no crecerá de su simiente quien se siente sobre el trono de David, príncipe en Judá (Jer 22,28-30). Y otra vez dice Dios acerca de Joaquín, su padre: Por esto, así dice el Señor acerca de Joaquín, su padre, rey de Judea: No habrá de él quien se siente sobre el trono de David, y su cadáver será arrojado al calor del día y a la helada de la noche; y pondré mis ojos sobre él y sobre sus hijos, y traeré sobre ellos, y sobre los habitantes de Jerusalén, sobre la tierra de Judá, todos los males que he anunciado contra ellos (Jer 36,30-31). Así pues, los que dicen que fue engendrado de José, y ponen en él su esperanza, se hacen desechados del reino, cayendo bajo la maldición y la increpación que pesan sobre Jeconías y sobre su simiente. Por esto, en efecto, se dijeron estas cosas de Jeconías, conociendo de antemano el Espíritu lo que dicen los malos doctores: para que aprendan que no había de nacer de su simiente, es decir, de José, sino que según la promesa de Dios se suscita del vientre de David un rey eterno, que recapitula en sí todas las cosas, y ha recapitulado en sí la antigua plasmación.

10. Quia quemadmodum per inobedientiam unius hominis introitum peccatum habuit, et per peccatum mors obtinuit; sic et per obedientiam unius hominis justitia introducta vitam fructificet his, qui olim mortui erant, hominibus. Et quemadmodum protoplastus ille Adam de rudi terra, et de adhuc virgine (« nondum enim pluerat Deus, et homo non erat operatus terram ») habuit substantiam; et plasmatus est manu Dei, id est Verbo Dei (« omnia enim per ipsum facta sunt »), et sumpsit Dominus limum a terra, et plasmavit hominem: ita recapitulans in se Adam, ipse Verbum exsistens ex Maria, quae adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adae recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, et ex semine viri natus est; merito dicerent, et secundum Adam ex Joseph esse generatum. Si autem ille de terra quidem sumptus est, et Verbo Dei plasmatus est, oportebat id ipsum Verbum recapitulationem Adae in semetipsum faciens, ejusdem generationis habere similitudinem. Quare igitur non iterum sumpsit limum Deus, sed ex Maria operatus est plasmationem fieri? Ut non alia plasmatio fieret, neque alia esset plasmatio quae salvaretur, sed eadem ipsa recapitularetur, servata similitudine.

Caput XXII

Christum veram carnem ex Virgine conceptam et natam sumpsisse.

1. Errant igitur qui dicunt, eum nihil ex Virgine accepisse, ut abjiciant carnis haereditatem, abjiciant autem et similitudinem. Si enim ille quidem de terra, et manu et artificio Dei plasmationem et substantiam habuit, hic autem non manu et artificio Dei; jam non servavit similitudinem hominis, qui factus est secundum imaginem ipsius et similitudinem, et inconstans artificium videbitur, non habens circa quod ostendat sapientiam suam. Hoc autem dicere est, et putative apparuisse eum tanquam hominem, cum non esset homo: et factum eum hominem, nihil assumentem de homine. Si enim non accepit ab homine substantiam carnis, neque homo factus est, neque filius hominis: et si hoc non factus est, quod nos eramus, non magnum faciebat, quod passus est et sustinuit. Nos autem quoniam corpus sumus de terra acceptum, et anima accipiens a Deo spiritum, omnis quicunque confitebitur. Hoc itaque factum est Verbum Dei, suum plasma in semetipsum recapitulans: et propter hoc filium hominis se confitetur, et beatificat mites, quoniam ipsi haereditabunt terram. Et apostolus autem Paulus in ea Epistola, quae est ad Galatas, manifeste ait: « Misit Deus Filium suum, factum de muliere. » Et rursus in ea quae est ad Romanos: « De Filio autem, inquit, ejus, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri. »

10. Porque así como por la desobediencia de un solo hombre el pecado tuvo entrada, y por el pecado prevaleció la muerte; así también, por la obediencia de un solo hombre, la justicia introducida produzca como fruto la vida para aquellos hombres que en otro tiempo estaban muertos. Y así como aquel protoplasto, Adán, tuvo su sustancia de la tierra inculta, y aún virgen (pues todavía no había hecho llover Dios, y el hombre no había trabajado la tierra (Gn 2,5)), y fue plasmado por la mano de Dios, es decir, por el Verbo de Dios (pues todas las cosas fueron hechas por él (Jn 1,3)), y tomó el Señor barro de la tierra y plasmó al hombre: así, recapitulando en sí a Adán, él mismo, siendo el Verbo, recibía con razón de María, que aún era virgen, la generación de la recapitulación de Adán. Si, pues, el primer Adán tuvo por padre a un hombre, y nació de simiente de varón, con razón dirían que también el segundo Adán fue engendrado de José. Pero si aquel fue tomado de la tierra y plasmado por el Verbo de Dios, era necesario que el mismo Verbo, haciendo en sí mismo la recapitulación de Adán, tuviera la semejanza de la misma generación. ¿Por qué, pues, no tomó Dios de nuevo barro, sino que obró que la plasmación se hiciera de María? Para que no se hiciera otra plasmación, ni fuera otra la plasmación que se salvara, sino que la misma fuera recapitulada, conservándose la semejanza.

Capítulo 22

Que Cristo tomó verdadera carne, concebida y nacida de la Virgen.

1. Yerran, pues, los que dicen que él no recibió nada de la Virgen, para desechar la herencia de la carne, y desechar también la semejanza. Porque si aquel tuvo su plasmación y su sustancia de la tierra y por la mano y el artificio de Dios, y este no por la mano y el artificio de Dios, entonces ya no conservó la semejanza del hombre que fue hecho según su imagen y semejanza, y el artificio parecerá inconstante, no teniendo en qué mostrar su sabiduría. Y esto es decir también que apareció en apariencia como hombre, sin ser hombre, y que se hizo hombre sin asumir nada del hombre. Porque si no recibió del hombre la sustancia de la carne, ni se hizo hombre, ni Hijo del hombre: y si no se hizo lo que nosotros éramos, no era gran cosa lo que padeció y soportó. Pero que nosotros somos un cuerpo tomado de la tierra, y un alma que recibe de Dios el espíritu, lo confesará cualquiera. Esto, pues, se hizo el Verbo de Dios, recapitulando en sí mismo su propia hechura: y por esto se confiesa Hijo del hombre, y llama bienaventurados a los mansos, porque ellos heredarán la tierra. Y también el apóstol Pablo, en la Epístola a los gálatas, dice manifiestamente: Dios envió a su Hijo, hecho de mujer (Gál 4,4). Y otra vez en la de los romanos: Acerca de su Hijo, dice, que fue hecho de la simiente de David según la carne, que fue predestinado Hijo de Dios en poder, según el Espíritu de santificación, por la resurrección de los muertos, Jesucristo nuestro Señor (Rom 1,3-4).

2. Caeterum supervacua est in Mariam descensio ejus. Quid enim in eam descendebat, si nihil incipiebat sumere ab ea? Aut si nihil sumpsisset ex Maria, nunquam eas, quae a terra erant, percepisset escas, per quas id, quod a terra sumptum est, nutritur corpus: nec quadraginta diebus, quemadmodum Moyses et Elias, jejunans esurisset corpus ejus, suam quaerens escam: sed nec Joannes discipulus ejus de eo scribens dixisset: « Jesus autem fatigatus in itinere sedebat; » nec David praeclamasset in eum: « Et super dolorem vulnerum meorum apposuerunt; » nec lacrymasset super Lazarum; nec sudasset globos sanguinis; nec dixisset: « Tristis est anima mea; » nec percusso latere exisset sanguis et aqua. Haec enim omnia signa carnis, quae a terra sumpta est, quam in se recapitulatus est, suum plasma salvans.

3. Propter hoc Lucas genealogiam, quae est a generatione Domini nostri usque ad Adam, septuaginta duas generationes habere ostendit; finem conjungens initio, et significans, quoniam ipse est qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas, et universas linguas, et generationem hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est. Unde et a Paulo « typus futuri » dictus est ipse Adam: quoniam futuram circa Filium Dei humani generis dispositionem in semetipsum fabricator omnium Verbum praeformaverat, praeformante Deo primum animalem hominem, videlicet ut a spiritali salvaretur. Cum enim praeexsisteret salvans, oportebat et quod salvaretur fieri, uti non vacuum sit salvans.

4. Consequenter autem et Maria virgo obediens invenitur, dicens: « Ecce ancilla tua, Domine, fiat mihi secundum verbum tuum. » Eva vero inobediens: non obedivit enim, adhuc cum esset virgo. Quemadmodum illa virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc exsistens (« erant enim utrique nudi » in paradiso, « et non confundebantur, » quoniam paulo ante facti, non intellectum habebant filiorum generationis; oportebat enim illos primo adolescere dehinc sic multiplicari) inobediens facta, et sibi, et universo generi humano causa facta est mortis: sic et Maria habens praedestinatum virum, et tamen virgo, obediens, et sibi, et universo generi humano causa facta est salutis. Et propter hoc lex eam, quae desponsata erat viro, licet virgo sit adhuc, uxorem ejus, qui desponsaverat, vocat; eam quae est a Maria in Evam recirculationem significans: quia non aliter quod colligatum est solveretur, nisi ipsae compagines alligationis reflectantur retrorsus; ut primae conjunctiones solvantur per secundas, secundae rursus liberent primas. Et evenit primam quidem compaginem a secunda colligatione solvere, secundam vero colligationem primae solutionis habere locum. Et propter hoc Dominus dicebat, primos quidem novissimos futuros, et novissimos primos.

2. De otro modo, es superflua su descensión a María. Pues ¿para qué descendía a ella, si no iba a tomar nada de ella? O, si no hubiera tomado nada de María, nunca habría recibido los alimentos que provenían de la tierra, con los cuales se nutre el cuerpo tomado de la tierra; ni su cuerpo, ayunando cuarenta días, como Moisés y Elías, habría tenido hambre, buscando su alimento; ni Juan, su discípulo, escribiendo de él, habría dicho: Pero Jesús, fatigado del camino, estaba sentado (Jn 4,6); ni David habría clamado de antemano acerca de él: Y añadieron al dolor de mis heridas (Sal 69,27); ni habría llorado sobre Lázaro; ni habría sudado grumos de sangre; ni habría dicho: Triste está mi alma (Mt 26,38); ni, traspasado su costado, habría salido sangre y agua. Porque todas estas son señales de la carne que fue tomada de la tierra, la cual recapituló en sí mismo, salvando su propia hechura.

3. Por esto Lucas muestra que la genealogía que va desde la generación de nuestro Señor hasta Adán tiene setenta y dos generaciones; uniendo el fin con el principio, y significando que él es el que recapituló en sí mismo todas las naciones dispersas desde Adán, y todas las lenguas, y la generación de los hombres junto con el mismo Adán. Por lo cual también Adán mismo fue llamado por Pablo tipo del que había de venir (Rom 5,14): porque el Verbo, Fabricador de todas las cosas, había preformado en sí mismo la futura disposición del género humano en torno al Hijo de Dios, preformando Dios primero al hombre animal, a saber, para que fuera salvado por el espiritual. Porque, preexistiendo el que salva, era necesario que también llegara a existir lo que había de ser salvado, para que el que salva no fuera en vano.

4. En consecuencia, también María, la virgen, se halla obediente, diciendo: He aquí tu esclava, Señor: hágase en mí según tu palabra (Lc 1,38). Pero Eva, desobediente: pues no obedeció, siendo aún virgen. Así como aquella, teniendo ciertamente por marido a Adán, pero siendo todavía virgen (pues ambos estaban desnudos en el paraíso y no se avergonzaban (Gn 2,25), porque, hechos poco antes, no tenían entendimiento de la generación de los hijos; pues era necesario que primero crecieran y después así se multiplicaran), hecha desobediente, se hizo causa de muerte para sí y para todo el género humano: así también María, teniendo un marido predestinado, y sin embargo virgen, obediente, se hizo causa de salvación para sí y para todo el género humano. Y por esto la Ley llama esposa de aquel que la había desposado a la que estaba desposada con un varón, aunque todavía sea virgen; significando la recirculación que va de María a Eva: porque lo que había sido atado no se desataría de otro modo sino volviendo hacia atrás las mismas junturas de la atadura; de modo que los primeros enlaces se desaten por los segundos, y los segundos, a su vez, liberen a los primeros. Y sucede que la primera juntura se desata por la segunda atadura, y la segunda atadura ocupa el lugar de la desatadura de la primera. Y por esto el Señor decía que los primeros serían últimos, y los últimos primeros.

Et Propheta autem hoc idem significat, dicens: « Pro patribus nati sunt tibi filii. » « Primogenitus » enim « mortuorum » natus Dominus, et in sinum suum recipiens pristinos patres, regeneravit eos in vitam Dei, ipse initium viventium factus, quoniam Adam initium morientium factus est. Propter hoc et Lucas initium generationis a Domino inchoans, in Adam retulit, significans, quoniam non illi hunc, sed hic illos in Evangelium vitae regeneravit. Sic autem et Evae inobedientiae nodus solutionem accepit per obedientiam Mariae. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem.

Caput XXIII

Contendit adversus Tatianum, divinae aequitati ac misericordiae consentaneum fuisse, ut Adam primus omnium salutem a Christo consequeretur.

1. Necesse ergo fuit, Dominum ad perditam ovem venientem, et tantae dispositionis recapitulationem facientem, et suum plasma requirentem, illum ipsum hominem salvare, qui factus fuerat secundum imaginem et similitudinem ejus, id est, Adam adimplentem tempora ejus condemnationis, quae facta fuerat propter inobedientiam, « quae Pater posuit in sua potestate; » quoniam et omnis dispositio salutis, quae circa hominem fuit, secundum placitum fiebat Patris, uti non vinceretur Deus, neque infirmaretur ars ejus. Si enim qui factus fuerat a Deo homo, ut viveret, hic amittens vitam laesus serpente qui depravaverat eum, jam non reverteretur ad vitam, sed in totum projectus esset morti; victus esset Deus, et superasset serpentis nequitia voluntatem Dei. Sed quoniam Deus invictus et magnanimis est, magnanimem quidem se exhibuit ad correptionem hominis, et probationem omnium, quemadmodum praediximus; per secundum autem hominem alligavit fortem, et diripuit ejus vasa, et evacuavit mortem, vivificans eum hominem, qui fuerat mortificatus. Primum enim possessionis ejus vas Adam factus est, quem et tenebat sub sua potestate, hoc est, praevaricationem inique inferens ei, et per occasionem immortalitatis, mortificationem faciens in eum. Etenim promittens futuros eos tanquam deos (quod ei non est omnino possibile), mortem fecit in eis: unde et juste a Deo recaptivatus, qui hominem captivum duxerat; solutus est autem condemnationis vinculis, qui captivus ductus fuerat homo.

Y también el Profeta significa esto mismo, diciendo: En lugar de los padres te han nacido hijos (Sal 45,17). Porque el Señor, nacido primogénito de los muertos (Col 1,18), y recibiendo en su seno a los antiguos padres, los regeneró para la vida de Dios, hecho él mismo principio de los vivientes, ya que Adán fue hecho principio de los que mueren. Por esto también Lucas, comenzando la generación por el Señor, la remontó hasta Adán, significando que no fueron aquellos los que lo regeneraron a él, sino él a ellos en el Evangelio de la vida. Y así también el nudo de la desobediencia de Eva recibió su desatadura por la obediencia de María. Pues lo que la virgen Eva ató por la incredulidad, esto la virgen María lo desató por la fe.

Capítulo 23

Sostiene contra Taciano que fue conforme a la equidad y a la misericordia divinas que Adán fuera el primero de todos en alcanzar la salvación de Cristo.

1. Era necesario, pues, que el Señor, viniendo a la oveja perdida, y haciendo la recapitulación de tan grande disposición, y buscando su propia hechura, salvara a aquel mismo hombre que había sido hecho según su imagen y semejanza, es decir, a Adán, que cumplía los tiempos de su condenación, la cual había tenido lugar por la desobediencia, que el Padre puso en su propia potestad (Hch 1,7); porque también toda la disposición de la salvación, que concernía al hombre, se hacía según el beneplácito del Padre, para que Dios no fuera vencido, ni su arte se debilitara. Porque si el hombre que había sido hecho por Dios para que viviera, perdiendo la vida, herido por la serpiente que lo había depravado, ya no volviera a la vida, sino que hubiera sido arrojado del todo a la muerte, Dios habría sido vencido, y la maldad de la serpiente habría superado la voluntad de Dios. Pero como Dios es invicto y longánime, se mostró longánime para la corrección del hombre y la prueba de todos, como dijimos antes; y por el segundo hombre ató al fuerte, y saqueó sus vasos, y anuló la muerte, vivificando a aquel hombre que había sido entregado a la muerte. Porque Adán fue hecho el primer vaso de su posesión, al cual también tenía bajo su potestad, es decir, infligiéndole inicuamente la prevaricación, y obrando en él la muerte con pretexto de la inmortalidad. Pues, prometiéndoles que serían como dioses (lo cual no le es en absoluto posible), obró en ellos la muerte: por lo cual también fue con justicia recautivado por Dios el que había llevado cautivo al hombre; y fue desatado de los vínculos de la condenación el hombre que había sido llevado cautivo.

2. Hic est autem Adam, si oportet verum dicere, primiformis ille homo, de quo Scriptura ait dixisse Dominum: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; » nos autem omnes ex ipso: et quoniam sumus ex ipso, propterea quoque ipsius haereditavimus appellationem. Cum autem salvetur homo, oportet salvari eum qui prior formatus est homo. Quoniam nimis irrationabile est, illum quidem, qui vehementer ab inimico laesus est, et prior captivitatem passus est, dicere non eripi ab eo qui vicerit inimicum; ereptos vero filios ejus, quos in eadem captivitate generavit. Nec victus quidem adhuc parebit inimicus, ipsis veteribus spoliis manentibus apud eum. Quemadmodum si hostes expugnaverint quosdam, et vinctos duxerint captivos, et multo tempore in servitute possederint eos, ita ut generent apud eos; et aliquis dolens pro his qui servi facti sunt, eosdem hostes expugnet: non tamen juste faciet, si filios quidem eorum qui captivi ducti sunt, liberet de potestate eorum, qui in servitutem deduxerant patres eorum; ipsos vero qui captivitatem sustinuerunt, subjectos relinquat inimicis, propter quos et tuitionem fecit: consecutis libertatem filiis ex causa paternae vindicationis, sed non relictis ipsis patribus, qui ipsam captivitatem sustinuerunt. Neque enim infirmus est Deus, neque injustus, qui opitulatus est homini, et in suam libertatem restauravit eum.

3. Propter hoc et in initio transgressionis Adae, sicut enarrat Scriptura, non ipsum maledixit Adam, sed terram in operibus ejus, quemadmodum ex veteribus quidam ait: quoniam quidem transtulit Deus maledictum in terram, ut non perseveraret in homine. Condemnationem autem transgressionis accepit homo taedia et terrenum laborem, et manducare panem in sudore vultus sui, et converti in terram, ex qua assumptus est; similiter autem mulier taedia, et labores, et gemitus, et tristitias partus, et servitium, id est ut serviret viro suo: ut neque maledicti a Deo in totum perirent, neque sine increpatione perseverantes Deum contemnerent. Omnis autem maledictio decurrit in serpentem, qui seduxerat eos. « Et dixit, inquit, Deus serpenti: Quoniam fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, et ab omnibus bestiis terrae. » Hoc idem autem et Dominus in Evangelio his qui a sinistris inveniuntur, ait: « Abite, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparavit Pater meus diabolo et angelis ejus; » significans quoniam non homini principaliter praeparatus est aeternus ignis, sed ei qui seduxit, et offendere fecit hominem, et, inquam, qui princeps apostasiae est, principi abscessionis, et his angelis qui apostatae facti sunt cum eo: quem quidem juste percipient etiam hi, qui similiter ut illi, sine poenitentia et sine regressu in malitiae perseverant operibus.

2. Este es, pues, Adán, si hay que decir la verdad, aquel hombre primer formado, de quien la Escritura dice que dijo el Señor: Hagamos al hombre a nuestra imagen y semejanza (Gn 1,26); y todos nosotros somos de él: y porque somos de él, por eso también heredamos su nombre. Y puesto que el hombre ha de ser salvado, es necesario que sea salvado el que fue formado primero como hombre. Porque es sumamente irracional decir que aquel que fue gravemente herido por el enemigo, y fue el primero en padecer la cautividad, no es arrancado de él por quien venció al enemigo, y que, en cambio, son arrancados sus hijos, a quienes engendró en la misma cautividad. Ni parecerá aún vencido el enemigo, si permanecen en su poder los mismos despojos antiguos. Como si unos enemigos vencieran a algunos, y los llevaran cautivos atados, y los tuvieran mucho tiempo en servidumbre, de modo que engendraran hijos entre ellos; y alguien, doliéndose por los que fueron hechos esclavos, venciera a esos mismos enemigos: no obrará, sin embargo, con justicia, si libera del poder de los que habían reducido a servidumbre a sus padres a los hijos de los que fueron llevados cautivos, y deja sometidos a los enemigos a aquellos mismos que soportaron la cautividad, por los cuales también emprendió la defensa: alcanzando los hijos la libertad por causa del rescate de sus padres, pero no quedando abandonados los padres mismos, que soportaron la cautividad misma. Porque Dios no es débil ni injusto, él que socorrió al hombre y lo restauró en su libertad.

3. Por esto también, al comienzo de la transgresión de Adán, como narra la Escritura, no maldijo al mismo Adán, sino a la tierra en sus obras, como dice uno de los antiguos: «Dios trasladó la maldición a la tierra, para que no permaneciera en el hombre». Y recibió el hombre como condenación de su transgresión las fatigas y el trabajo terreno, y comer el pan con el sudor de su rostro, y volver a la tierra de la que fue tomado; y asimismo la mujer, fatigas, y trabajos, y gemidos, y tristezas del parto, y servidumbre, es decir, que sirviera a su marido: para que ni, maldecidos por Dios, perecieran del todo, ni, permaneciendo sin increpación, despreciaran a Dios. Pero toda la maldición recayó sobre la serpiente, que los había seducido. Y dijo, dice, Dios a la serpiente: Porque has hecho esto, maldita tú entre todos los ganados y entre todas las bestias de la tierra (Gn 3,14). Y lo mismo dice también el Señor en el Evangelio a los que se hallan a la izquierda: Id, malditos, al fuego eterno que mi Padre preparó para el diablo y sus ángeles (Mt 25,41); significando que el fuego eterno no fue preparado principalmente para el hombre, sino para aquel que sedujo e hizo tropezar al hombre, y, digo, para el que es príncipe de la apostasía, el príncipe del alejamiento, y para aquellos ángeles que se hicieron apóstatas con él: el cual recibirán con justicia también estos que, como aquellos, perseveran en las obras de la malicia sin penitencia y sin retorno.

4. Quemadmodum Cain, cum accepisset consilium a Deo, uti quiesceret in eo, quod non recte divisisset eam, quae erga fratrem erat, communicationem, sed cum zelo et malitia suspicatus est posse dominari ejus, non solum non acquievit, sed et adjecit peccatum super peccatum, manifestans sententiam suam per operationem suam. Quod enim cogitavit, hoc et operatus est, dominatus est, et interfecit eum, subjiciente Deo justum injusto, ut ille quidem ex iis, quae passus est, justus ostendatur; hic vero per ea, quae commisit, detegeretur injustus. Et ne sic quidem mitigatus est, nec quievit super factum malum; sed interrogatus ubi esset frater ejus? « Nescio, ait: nunquid custos fratris mei sum ego? » extendens et multiplicans malum per responsionem. Etenim si malum est occidere fratrem, multo pejus sic audacter et irreverenter respondere omnia scienti Deo, quasi possit frustrari eum. Propter hoc et ipse maledictionem portavit, quoniam a se peccatum tulit, non reveritus Deum, neque confusus in fratricidio.

5. Circa Adam autem nihil tale factum est, sed omnia in contrarium. Ab altero enim seductus sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur, et absconditur: non quasi possit effugere Deum, sed confusus, quoniam transgressus praeceptum ejus, indignus est venire in conspectum et colloquium Dei. « Timor » autem « Domini initium intelligentiae; » intellectus vero transgressionis fecit poenitentiam: poenitentibus autem largitur benignitatem suam Deus. Etenim per succinctorium in facto ostendit suam poenitentiam, foliis ficulneis semetipsum contegens, exsistentibus et aliis foliis multis, quae minus corpus ejus vexare potuissent: condignum tamen inobedientiae amictum fecit, conterritus timore Dei; et retundens petulantem carnis impetum, quoniam indolem et puerilem amiserat sensum, et in cogitationem pejorum venerat, frenum continentiae sibi et uxori suae circumdedit, timens Deum, et adventum ejus exspectans, et velut tale quid significans: Quoniam, inquit, eam quam habui a Spiritu, sanctitatis stolam amisi per inobedientiam, et nunc cognosco quod sim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam praestat, mordet autem et pungit corpus. Et hoc videlicet semper habuisset indumentum, humilians semetipsum, nisi Dominus, qui est misericors, tunicas pelliceas pro foliis ficulneis induisset eos. Propter hoc autem et interrogat eos, uti ad mulierem veniret accusatio; et illam rursus interrogat, uti ad serpentem transmitteret causam. Dixit enim quod fuerat factum: « Serpens, ait, seduxit me, et manducavi. » Serpentem vero non interrogavit, sciebat enim eum principem transgressionis factum: sed maledictum primo immisit in eum, uti secunda increpatio veniret in hominem. Eum enim odivit Deus, qui seduxit hominem; ei vero qui seductus est, sensim paulatimque misertus est.

4. Como Caín, habiendo recibido de Dios el consejo de que se aquietara, porque no había dividido rectamente la comunicación que tenía con su hermano, sino que con envidia y malicia pensó que podía dominarlo, no solo no se aquietó, sino que añadió pecado sobre pecado, manifestando su mente por su obra. Porque lo que pensó, eso también obró: lo dominó y lo mató, sometiendo Dios al justo al injusto, para que aquel se mostrara justo por lo que padeció, y este fuera descubierto injusto por lo que cometió. Y ni aun así se aplacó, ni se aquietó tras el mal hecho; sino que, preguntado dónde estaba su hermano, No sé, dijo: ¿acaso soy yo el guardián de mi hermano? (Gn 4,9); extendiendo y multiplicando el mal con su respuesta. Porque, si es malo matar al hermano, mucho peor es responder tan audaz e irreverentemente a Dios, que todo lo sabe, como si pudiera engañarlo. Por esto también él mismo cargó con la maldición, porque produjo el pecado de sí mismo, sin reverenciar a Dios ni avergonzarse del fratricidio.

5. Pero con Adán no sucedió nada semejante, sino todo lo contrario. Porque, seducido por otro con pretexto de inmortalidad, al punto es presa del temor y se esconde: no como si pudiera huir de Dios, sino avergonzado, porque, habiendo transgredido su precepto, es indigno de llegar a la presencia y al coloquio de Dios. Y el temor del Señor es el principio de la inteligencia (Sal 111,10; Prov 1,7); y el entendimiento de la transgresión produjo la penitencia: y a los penitentes Dios les concede su benignidad. Porque por el ceñidor mostró de hecho su penitencia, cubriéndose con hojas de higuera, habiendo también muchas otras hojas que habrían podido molestar menos su cuerpo: pero hizo un vestido digno de su desobediencia, aterrado por el temor de Dios; y, reprimiendo el impulso petulante de la carne, porque había perdido su índole natural y su entendimiento infantil y había llegado al pensamiento de lo peor, se ciñó a sí y a su mujer con el freno de la continencia, temiendo a Dios y esperando su venida, y como significando algo así: «Puesto que», dice, «he perdido por la desobediencia la estola de santidad que tenía del Espíritu, reconozco ahora que soy digno de tal cubierta, que no proporciona ningún deleite, sino que muerde y pica el cuerpo». Y sin duda habría llevado siempre esta vestidura, humillándose a sí mismo, si el Señor, que es misericordioso, no los hubiera vestido con túnicas de pieles en lugar de las hojas de higuera. Por esto también los interroga, para que la acusación llegara a la mujer; y a ella a su vez la interroga, para que trasladara la causa a la serpiente. Pues dijo lo que había sucedido: La serpiente, dijo, me sedujo, y comí (Gn 3,13). Pero a la serpiente no la interrogó, pues sabía que se había hecho príncipe de la transgresión: sino que primero lanzó la maldición contra ella, para que la segunda increpación viniera sobre el hombre. Porque Dios odió al que sedujo al hombre; pero del que fue seducido se compadeció gradualmente y poco a poco.

6. Quapropter et ejecit eum de paradiso, et a ligno vitae longe transtulit: non invidens ei lignum vitae, quemadmodum quidam audent dicere, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor; neque immortale esset quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile. Prohibuit autem ejus transgressionem, interponens mortem, et cessare faciens peccatum, finem inferens ei per carnis resolutionem, quae fieret in terra: uti cessans aliquando homo vivere peccato, et moriens ei, inciperet vivere Deo.

7. Quapropter inimicitiam posuit inter serpentem et mulierem, et semen ejus, observantes invicem: illo quidem cui morderetur planta, et potente, calcare caput inimici; altero vero mordente, et occidente et interpediente, ingressus hominis, quoadusque venit semen praedestinatum calcare caput ejus, quod fuit partus Mariae, de quo ait Propheta: « Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem; » significans quia illud quod erigeretur et dilataretur adversus hominem peccatum, et frigidum reddebat eum, evacuaretur cum regnante morte; et conculcaretur ab eo in novissimis temporibus insiliens humano generi leo, hoc est Antichristus; et draconem illum, serpentem vetustum, alligans et subjiciens potestati hominis, qui fuerat victus, ad calcandam omnem ejus virtutem. Victus autem erat Adam, ablata ab eo omni vita: propter hoc victo rursus inimico recepit vitam Adam; « novissima » autem « inimica evacuatur mors, » quae primum possederat hominem. Quapropter liberato homine, « fiet quod scriptum est: Absorpta est mors in victoria; ubi est mors victoria tua? Ubi est mors aculeus tuus? » Quod non poterit juste dici, si non ille liberatus fuerit, cui primum dominata est mors. Illius enim salus, evacuatio est mortis. Domino igitur vivificante hominem, id est Adam, evacuata est et mors.

8. Mentiuntur ergo omnes qui contradicunt ejus saluti, semper seipsos excludentes a vita, in eo quod non credant inventam ovem quae perierat. Si autem illa non est inventa, adhuc possidetur in perditione omnis hominis generatio. Mendax ergo is, qui prior hanc sententiam, imo hanc ignorantiam et caecitatem induxit, Tatianus; connexio quidem factus omnium haereticorum, quemadmodum ostendimus: hoc autem a semetipso adinvenit, uti novum aliquid praeter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos a fide auditores sibi praepararet, affectans magister haberi, tentans et subinde uti hujusmodi a Paulo assidue dictis: Quoniam « in Adam omnes morimur; » ignorans autem, quoniam « ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. »

6. Por lo cual también lo expulsó del paraíso, y lo apartó lejos del árbol de la vida: no por envidiarle el árbol de la vida, como algunos se atreven a decir, sino compadeciéndose de él, para que no permaneciera siempre transgresor, ni fuera inmortal el pecado que había en él, y el mal interminable e incurable. Pero puso freno a su transgresión, interponiendo la muerte, y haciendo cesar el pecado, poniéndole fin por la disolución de la carne, que tendría lugar en la tierra: para que el hombre, dejando por fin de vivir para el pecado, y muriendo a él, comenzara a vivir para Dios.

7. Por lo cual puso enemistad entre la serpiente y la mujer y su simiente, que se acechan mutuamente: aquella cuya planta era mordida, pudiendo también pisar la cabeza del enemigo; la otra mordiendo, y matando, e impidiendo los pasos del hombre, hasta que vino la simiente predestinada a pisar su cabeza, que fue lo que dio a luz María, de la cual dice el Profeta: Sobre el áspid y el basilisco andarás, y pisotearás al león y al dragón (Sal 91,13); significando que el pecado que se levantaba y se extendía contra el hombre, y lo volvía frío, sería anulado junto con la muerte que reinaba; y que sería pisoteado por él, en los últimos tiempos, el león que salta sobre el género humano, es decir, el Anticristo; y atando a aquel dragón, la serpiente antigua, y sometiéndolo al poder del hombre, que había sido vencido, para pisar todo su poder. Pero Adán había sido vencido, quitándosele toda la vida: por esto, vencido a su vez el enemigo, Adán recobró la vida; y la última enemiga, la muerte, es anulada (1 Cor 15,26), la cual primero había poseído al hombre. Por lo cual, liberado el hombre, se cumplirá lo que está escrito: La muerte ha sido absorbida en la victoria; ¿dónde está, muerte, tu victoria? ¿Dónde está, muerte, tu aguijón? (1 Cor 15,54-55) Lo cual no podrá decirse con justicia si no fuera liberado aquel sobre quien primero dominó la muerte. Porque su salvación es la anulación de la muerte. Al vivificar, pues, el Señor al hombre, es decir, a Adán, fue anulada también la muerte.

8. Mienten, pues, todos los que contradicen su salvación, excluyéndose siempre a sí mismos de la vida, en cuanto no creen que ha sido hallada la oveja que se había perdido. Pero si aquella no ha sido hallada, todavía está poseída en la perdición toda la generación del hombre. Mentiroso es, pues, el que primero introdujo esta doctrina, o más bien esta ignorancia y ceguera, Taciano; hecho, ciertamente, el nudo de todos los herejes, como hemos mostrado: pero esto lo inventó por sí mismo, para que, introduciendo algo nuevo fuera de los demás, y hablando vaciedades, se preparara oyentes vacíos de fe, afectando ser tenido por maestro, y tratando de usar de vez en cuando dichos de esta clase, frecuentes en Pablo: que en Adán todos morimos (1 Cor 15,22); pero ignorando que donde abundó el pecado, sobreabundó la gracia (Rom 5,20).

Ostenso ergo hoc manifeste, erubescant omnes qui ab eo sunt, et concertant de Adam, quasi magnum aliquid lucrentur, si ille non salvetur, quando magis nihil proficiant; quemadmodum et serpens nihil profecit dissuadens homini, nisi illud quod eum transgressorem ostendit, initium et materiam apostasiae suae habens hominem; Deum autem non vicit. Sic et hi, qui contradicunt saluti Adae, nihil proficiunt, nisi hoc, quod semetipsos haereticos et apostatas faciunt veritatis, et advocatos se serpentis et mortis ostendunt.

Caput XXIV

Summatim repetit quae hactenus adversus varias Gnosticorum impietates disseruit. Haereticis vero ad omnem doctrinae ventum fluctuantibus opponit unam, sibique semper et ubique constantem Ecclesiae doctrinam.

1. Traductis igitur omnibus, qui nefandas inferunt sententias de factore et plasmatore nostro, qui et hunc mundum fabricatus est, super quem alius Deus non est; et ipsis ostensionibus eversis his, qui de substantia Domini nostri, et de dispositione quam fecit propter hominem suum, falsa docent; praedicationem vero Ecclesiae undique constantem, et aequaliter perseverantem, et testimonium habentem a prophetis et ab apostolis, et ab omnibus discipulis, quemadmodum ostendimus per initia, et medietates, et finem, et per universam Dei dispositionem, et eam quae secundum salutem hominis est solitam operationem, quae est in fide nostra; quam perceptam ab Ecclesia custodimus, et quae semper a Spiritu Dei, quasi in vase bono eximium quoddam depositum juvenescens, et juvenescere faciens ipsum vas in quo est. Hoc enim Ecclesiae creditum est Dei munus, quemadmodum ad inspirationem plasmationi, ad hoc ut omnia membra percipientia vivificentur: et in eo disposita est communicatio Christi, id est Spiritus sanctus, arrha incorruptelae, et confirmatio fidei nostrae, et scala ascensionis ad Deum. « In Ecclesia enim, inquit, posuit Deus apostolos, prophetas, doctores, » et universam reliquam operationem Spiritus: cujus non sunt participes omnes, qui non currunt ad Ecclesiam, sed semetipsos fraudant a vita, per sententiam malam et operationem pessimam. Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei; et ubi Spiritus Dei, illic Ecclesia, et omnis gratia: Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participant eum, neque a mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimum fontem: sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, et de coeno putidam bibunt aquam, effugientes fidem Ecclesiae, ne traducantur; rejicientes vero Spiritum, ut non erudiantur.

Mostrado, pues, esto manifiestamente, avergüéncense todos los que proceden de él, y disputan acerca de Adán, como si ganaran algo grande si él no se salva, cuando más bien nada aprovechan; como tampoco la serpiente aprovechó nada al disuadir al hombre, sino esto, que lo mostró transgresor, teniendo al hombre como principio y materia de su apostasía; pero a Dios no lo venció. Así también estos, que contradicen la salvación de Adán, nada aprovechan, sino esto, que se hacen a sí mismos herejes y apóstatas de la verdad, y se muestran abogados de la serpiente y de la muerte.

Capítulo 24

Repite sumariamente lo que hasta aquí ha expuesto contra las diversas impiedades de los gnósticos. A los herejes, que fluctúan a todo viento de doctrina, opone la única doctrina de la Iglesia, siempre y en todas partes coherente consigo misma.

1. Desenmascarados, pues, todos los que introducen doctrinas nefandas acerca de nuestro Hacedor y Plasmador, que también fabricó este mundo, sobre el cual no hay otro Dios; y derrocados por las mismas demostraciones los que enseñan falsedades acerca de la sustancia de nuestro Señor y de la disposición que hizo a causa de su hombre; y la predicación de la Iglesia, en todas partes constante, y que persevera igualmente, y que tiene el testimonio de los profetas y de los apóstoles y de todos los discípulos, como hemos mostrado por los principios, y los medios, y el fin, y por toda la disposición de Dios, y aquella acostumbrada operación que concierne a la salvación del hombre, que está en nuestra fe; la cual, recibida de la Iglesia, custodiamos, y la cual siempre, por el Espíritu de Dios, como un depósito excelente en un buen vaso, rejuvenece, y hace rejuvenecer al vaso mismo en que está. Porque este don de Dios ha sido confiado a la Iglesia, como el soplo a la plasmación, para que todos los miembros, recibiéndolo, sean vivificados: y en él ha sido dispuesta la comunicación de Cristo, es decir, el Espíritu Santo, las arras de la incorrupción, y la confirmación de nuestra fe, y la escala de ascensión hacia Dios. Porque en la Iglesia, dice, puso Dios apóstoles, profetas, doctores (1 Cor 12,28), y toda la restante operación del Espíritu: de la cual no son partícipes todos los que no acuden a la Iglesia, sino que se defraudan a sí mismos de la vida por una doctrina mala y una acción pésima. Porque donde está la Iglesia, allí está también el Espíritu de Dios; y donde está el Espíritu de Dios, allí está la Iglesia, y toda gracia: y el Espíritu es verdad. Por lo cual los que no participan de él ni se nutren para la vida de los pechos de la madre, ni reciben la fuente limpidísima que procede del cuerpo de Cristo: sino que se cavan cisternas agrietadas en fosas terrenas, y beben del cieno agua pútrida, huyendo de la fe de la Iglesia para no ser desenmascarados, y rechazando el Espíritu para no ser instruidos.

2. Alienati vero a veritate, digne in omni volutantur errore, fluctuati ab eo, aliter atque aliter per tempora de eisdem sentientes, et nunquam sententiam stabilitam habentes; sophistae verborum magis volentes esse quam discipuli veritatis. Non enim sunt fundati super unam petram, sed super arenam, habentem in seipsa lapides multos. Propter hoc et multos deos fingunt, et quaerere quidem semper in excusatione habent (caecutiunt enim) invenire vero nunquam possunt. Blasphemant enim fabricatorem, hoc est, eum qui est vere Deus, qui et praestat invenire; putantes se super Deum alterum invenisse Deum, vel alteram plenitudinem, vel alteram dispositionem. Quapropter et lumen, quod est a Deo, non lucet eis, quoniam inhonoraverunt et spreverunt Deum, minimum arbitrantes eum, quoniam propter dilectionem suam, et immensam benignitatem, in agnitionem venit hominibus: (in agnitionem autem non secundum magnitudinem, nec secundum substantiam; nemo enim mensus est eam, nec palpavit; sed secundum illud, ut sciremus, quoniam qui fecit, et plasmavit, et insufflationem vitae insufflavit in eis, et per conditionem nutrit nos, Verbo suo confirmans, et Sapientia compingens omnia, hic est qui est solus verus Deus); eum vero, qui non est, somniantes super hunc, ut magnum Deum putentur adinvenisse, quem nemo possit cognoscere humano generi communicantem, nec terrena administrantem: Epicuri videlicet invenientes Deum, neque sibi, neque aliis aliquid praestantem, id est, nullius providentiam habentem.

Caput XXV

Regi hunc mundum providentia unius Dei qui infinita simul praeditus sit justitia, ut malos plectat, atque bonitate, ut piis benefaciat et salutem impertiatur.

1. Providentiam autem habet Deus omnium, propter hoc et consilium dat; consilium autem dans adest his, qui morum providentiam habent. Necesse est igitur ea, quae providentur et gubernantur, cognoscere suum directorem; quae quidem non sunt irrationabilia, neque vana, sed habent sensibilitatem perceptam de providentia Dei. Et propter hoc ethnicorum quidam, qui minus illecebris ac voluptatibus servierunt, et non in tantum superstitione idolorum coabducti sunt, providentia ejus moti, licet tenuiter, tamen conversi sunt, ut dicerent fabricatorem hujus universitatis Patrem omnium providentem, et disponentem secundum nos mundum.

2. Apartados de la verdad, con razón se revuelcan en todo error, zarandeados por él, pensando de un modo y de otro, según los tiempos, acerca de las mismas cosas, y sin tener nunca una doctrina estable; queriendo ser más bien sofistas de palabras que discípulos de la verdad. Porque no están fundados sobre la única roca, sino sobre la arena, que tiene en sí muchas piedras. Por esto también se fingen muchos dioses, y tienen siempre como excusa el buscar (pues están ciegos), pero nunca pueden encontrar. Porque blasfeman contra el Fabricador, es decir, contra el que es verdaderamente Dios, que también concede encontrar; pensando haber encontrado otro Dios por encima de Dios, u otra plenitud, u otra disposición. Por lo cual tampoco la luz que viene de Dios brilla para ellos, porque deshonraron y despreciaron a Dios, teniéndolo en muy poco porque, por su amor y su inmensa benignidad, vino al conocimiento de los hombres (al conocimiento, sin embargo, no según su grandeza, ni según su sustancia; pues nadie la ha medido ni palpado; sino de este modo: para que supiéramos que el que hizo, y plasmó, e insufló en ellos el soplo de la vida, y nos nutre por la creación, afirmando todas las cosas con su Verbo y ensamblándolas con la Sabiduría, este es el único Dios verdadero); soñando, en cambio, por encima de este, al que no es, para que se piense que han encontrado un gran Dios, a quien nadie puede conocer como comunicándose con el género humano ni administrando las cosas terrenas: encontrando, a saber, al Dios de Epicuro, que no presta nada ni a sí mismo ni a otros, es decir, que no tiene providencia de nada.

Capítulo 25

Que este mundo es regido por la providencia del único Dios, dotado a la vez de infinita justicia, para castigar a los malos, y de bondad, para hacer bien a los piadosos y otorgarles la salvación.

1. Dios tiene providencia de todas las cosas, y por esto también da consejo; y, dando consejo, asiste a los que tienen providencia de sus costumbres. Es necesario, pues, que las cosas que son objeto de providencia y de gobierno conozcan a su director; las cuales, en efecto, no son irracionales ni vanas, sino que tienen una sensibilidad recibida de la providencia de Dios. Y por esto algunos de los paganos, que sirvieron menos a los halagos y placeres, y no fueron arrastrados hasta tal punto por la superstición de los ídolos, movidos por su providencia, aunque débilmente, se convirtieron, sin embargo, hasta decir que el Fabricador de este universo es el Padre que provee a todas las cosas y dispone este mundo nuestro.

2. Rursus ut increpativum auferrent a Patre, et judiciale, indignum id Deo putantes, et sine iracundia et bonum arbitrantes se adinvenisse Deum, alterum quidem judicare, et alterum quidem salvare dixerunt; nescientes, utrorumque auferentes sensum et justitiam. Si enim judicialis non et bonus sit, ad donandum quidem his quibus debet, et ad exprobrandum his quibus oportet, neque justus neque sapiens videbitur judex. Rursus bonus, si hoc tantum sit bonus, non et probator, in quos immittat bonitatem; extra justitiam erit et bonitatem, et infirma bonitas ejus videbitur, non omnes salvans, si non cum judicio fiat.

3. Marcion igitur ipse dividens Deum in duo, alterum quidem bonum, et alterum judicialem dicens, ex utrisque interimit Deum. Hic enim qui judicialis, si non et bonus sit, non est Deus, quia Deus non est, cui bonitas desit: et ille rursus qui bonus, si non et judicialis, idem quod hic patietur, ut auferatur ei ne sit Deus. Quemadmodum autem et sapientem dicunt Patrem omnium, si non et judiciale ei assignent? Si enim sapiens, et probator est; probatori autem subest judiciale; judiciale autem assequitur justitia, ut juste probet; justitia provocat judicium; judicium autem, cum fit cum justitia, transmittet ad sapientiam. Sapientia igitur praecellet Pater super omnem humanam et angelicam sapientiam, quoniam Dominus, et judex, et justus, et dominator super omnes. Est enim et bonus, et misericors, et patiens, et salvat quos oportet: neque bonum ei deficit juste effectum, neque sapientia deminoratur: salvat enim quos debet salvare, et judicat dignos judicio: neque justum immite ostenditur, praeeunte scilicet et praecedente bonitate.

4. Qui igitur solem suum oriri facit omnibus benigne Deus, et pluit super justos et injustos, judicabit eos, qui ex aequo benignitatem ejus percipientes, non similiter secundum dignationem munerationis ejus conversati sunt; sed in deliciis et luxuriis versati sunt adversus benevolentiam ejus, adhuc et blasphemantes eum, qui tanta beneficia in eos fecerit.

5. Quibus religiosior Plato ostenditur, qui eumdem Deum et justum, et bonum confessus est, habentem potestatem omnium, ipsum facientem judicium, sic dicens: « Et Deus quidem, quemadmodum et vetus sermo est, initium, et finem, et medietates omnium quae sunt habens, recte perficit, secundum naturam circumiens: hunc autem semper consequitur justitia ultrix in eos qui deficiunt a lege divina. » Et iterum factorem et fabricatorem hujus universitatis bonum ostendit. « Bono autem, inquit, nulla unquam de quoquam nascitur invidia: » hoc initium et causam fabricationis mundi constituens bonitatem Dei; sed non ignorantiam, nec Aeonem qui erravit, nec labis fructum, nec Matrem plorantem et lamentantem, nec alterum Deum, vel Patrem.

2. Además, para quitar al Padre el poder de increpar y de juzgar, juzgándolo indigno de Dios, y pensando haber encontrado un Dios sin ira y bueno, dijeron que uno juzga y el otro salva; sin saber que a ambos les quitan el entendimiento y la justicia. Porque si el judicial no es también bueno, para dar a aquellos a quienes debe y para reprender a aquellos a quienes conviene, no parecerá juez ni justo ni sabio. Además, el bueno, si es solamente bueno y no también examinador de aquellos sobre quienes ha de enviar su bondad, estará fuera de la justicia y de la bondad, y su bondad parecerá débil, no salvando a todos, si no se ejerce con juicio.

3. Marción, pues, él mismo, dividiendo a Dios en dos, y diciendo que uno es bueno y el otro judicial, suprime a Dios por ambos lados. Porque este que es judicial, si no es también bueno, no es Dios, porque no es Dios aquel a quien le falta la bondad; y aquel, a su vez, que es bueno, si no es también judicial, padecerá lo mismo que este, que se le quite el ser Dios. ¿Y cómo dicen también que el Padre de todos es sabio, si no le asignan también el poder de juzgar? Porque si es sabio, es también examinador; y al examinador le es propio el poder de juzgar; y al poder de juzgar lo acompaña la justicia, para que examine con justicia; la justicia provoca el juicio; y el juicio, cuando se hace con justicia, remitirá a la sabiduría. El Padre, pues, sobresaldrá en sabiduría por encima de toda sabiduría humana y angélica, porque es Señor, y juez, y justo, y dominador sobre todos. Porque es también bueno, y misericordioso, y paciente, y salva a los que conviene: ni le falta el bien realizado con justicia, ni su sabiduría se disminuye: pues salva a los que debe salvar, y juzga a los dignos de juicio: ni se muestra inclemente lo justo, yendo delante, a saber, y precediendo la bondad.

4. Así pues, Dios, que hace salir su sol benignamente para todos, y llueve sobre justos e injustos, juzgará a los que, recibiendo por igual su benignidad, no vivieron de modo semejante conforme a la dignidad de su munificencia, sino que se dieron a delicias y lujos contra su benevolencia, blasfemando además contra aquel que les ha hecho tan grandes beneficios.

5. Más religioso que estos se muestra Platón, que confesó que el mismo Dios es justo y bueno, que tiene poder sobre todas las cosas y que él mismo hace el juicio, diciendo así: «Y Dios, ciertamente, como dice también la antigua palabra, teniendo el principio, y el fin, y los medios de todas las cosas que son, obra rectamente, recorriéndolas según la naturaleza; y a él le sigue siempre la justicia vengadora contra los que se apartan de la ley divina». Y otra vez muestra que el Hacedor y Fabricador de este universo es bueno. «Y en el bueno», dice, «nunca nace envidia de nada»; estableciendo esto, la bondad de Dios, como principio y causa de la fabricación del mundo; y no la ignorancia, ni un Eón que erró, ni el fruto del defecto, ni la Madre que llora y se lamenta, ni otro Dios o Padre.

6. Juste autem eos Mater planget, talium excogitatores et adinventores: digna enim commentati, et commentiti sunt in capita sua, quoniam Mater ipsorum extra Plenitudinem est, id est extra Dei agnitionem, et collectio eorum abortio facta est, informis et sine specie: nihil enim de veritate apprehendit; in vacuum et in umbram decidit; vacua enim doctrina ipsorum et intenebrata: et Horus eam non permisit introire in Pleroma; non enim recepit eos Spiritus in refrigerium. Pater enim ipsorum ignorantiam generans, mortis passiones in eis operatus est. Haec non nos diffamamus, sed ipsi confirmant, ipsi docent, gloriantur in ipsis, altum sentiunt de Matre, quam sine patre dicunt genitam, hoc est sine Deo, feminam a femina, quod est ex errantia corruptelam.

7. Nos autem precamur non perseverare eos in fovea, quam ipsi foderunt, sed segregari ab hujusmodi Matre, et exire a Bytho, et absistere a Vacuo, et Umbram derelinquere: et legitime eos generari, conversos ad Ecclesiam Dei, et formari Christum in eis, et cognoscere eos fabricatorem et factorem hujus universitatis, solum verum Deum, et Dominum omnium. Haec precamur de illis, utilius eos diligentes, quam ipsi semetipsos putant diligere. Quae enim est a nobis dilectio, cum sit vera, salutaris est eis, si quidem eam recipiant. Est enim austero medicamini similis, absumens impropriorem ac superfluam vulneris carnem: elationem enim illorum et inflationem evacuat. Quapropter tentantes omni virtute manum porrigere eis, non taedebit nos. Prorogabimus autem super haec, quae dicta sunt, in sequenti libro Domini sermones inferre, si quos ex his per ipsam Christi doctrinam convincentes, suadere possimus cessare ab ejusmodi errore, et absistere ab ea blasphemia, quae est in fabricatorem ipsorum, qui et solus est Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi. Amen.

6. Y con razón los llorará la Madre, ideadores e inventores de tales cosas: pues han maquinado y fingido cosas dignas de ellos, sobre sus propias cabezas, porque su Madre está fuera de la Plenitud, es decir, fuera del conocimiento de Dios, y su colección se ha hecho un aborto, informe y sin figura: pues nada aprehendió de la verdad; cayó en el vacío y en la sombra; pues su doctrina es vacía y entenebrecida: y Horos no le permitió entrar en el Pleroma; pues el Espíritu no los recibió en el refrigerio. Porque su Padre, engendrando la ignorancia, obró en ellos las pasiones de la muerte. Estas cosas no las decimos nosotros para difamarlos, sino que ellos mismos las afirman, ellos mismos las enseñan, se glorían en ellas, tienen alto concepto de la Madre, de la cual dicen que fue engendrada sin padre, es decir, sin Dios, hembra de hembra, es decir, corrupción a partir del error.

7. Pero nosotros pedimos que no permanezcan en la fosa que ellos mismos cavaron, sino que se separen de semejante Madre, y salgan de Bythus, y se aparten del Vacío, y abandonen la Sombra: y que sean engendrados legítimamente, convertidos a la Iglesia de Dios, y que Cristo se forme en ellos, y que conozcan al Fabricador y Hacedor de este universo, único Dios verdadero y Señor de todas las cosas. Estas cosas pedimos para ellos, amándolos más provechosamente de lo que ellos piensan amarse a sí mismos. Porque el amor que procede de nosotros, siendo verdadero, es salvador para ellos, si es que lo reciben. Porque es semejante a una medicina áspera, que consume la carne impropia y superflua de la herida: pues anula su altivez y su hinchazón. Por lo cual no nos cansará intentar con todas nuestras fuerzas tenderles la mano. Y, además de lo que se ha dicho, pasaremos en el libro siguiente a aducir las palabras del Señor, por si, convenciendo a algunos de ellos por la misma doctrina de Cristo, podemos persuadirlos a que cesen de semejante error y se aparten de aquella blasfemia que es contra su Fabricador, que es también el único Dios, y Padre de nuestro Señor Jesucristo. Amén.